di. ij. Ut q̄d. Pꝫ etiã ſc̄do ex hoc
q̄ periculoſe errãt illi q̄ dicunt. ſuffi
cit q̄ ego añ cõmunionem paſchalē
q̄draginta diebus q̄drageſime red-
dam habilē ad cõmunionē: non cu-
rando totū tp̄s anni inutiliter expē
dere. immo credētes ſe dignos tunc
ad cõmunionē currūt intrepidi qui
bus tūc melius eſſet ſi q̄tidie digni
exiſtētes accipent ſp̄ualiter ſiue mē
taliter ꝛ vtiliter. q̄ꝫ ſemel in anno ſa-
cramētaliter ꝛ damnabiliter. Unde
Criſo. ſup epiſtola ad hebreos. ſer-
mõe. xvij. circa mediū oēs p̄dictos
tangit dicens. Quos magis accep
tamus. i. approbamus an eos q̄ ſe-
mel in anno. an eos q̄ ſepius. an il-
los q̄ raro accipiūt. Et reſpondet.
Neqꝫ illos q̄ ſemel. neqꝫ illos q̄ ſepi
us. neqꝫ illos q̄ raro: ſed eos q̄ cum
mūdo corde. q̄ cū vita irrep̄henſibi
li iſti ſemꝑ accedūt. Qui vero tales
nõ ſunt neqꝫ ſemel accedãt: qꝛ iudici
um ſibi accipiunt ꝛ damnationem.
ꝛ ſupplicium. hec Chriſo. Ad hoc

ſonat illud de conſecratione diſtin
ctione.ij. Accipe quotidie. vbi dici
tur. Qui non meretur quotidie ac
cipere nō meret̄ poſt annū accipe.
Et eſt dictū Auguſti. tractās illud
Math.vj. Panē noſtrū q̄tidianū
ꝛc. Septimo caueat cōmunicādus
ne poſt cōmunionem cibis lubricis
aut potibus q̄ poſſunt vomitū ꝓuo
care vtat̄. ſicut fieri ſolet in paſcha
vbi tūc vtunt̄ lardo cocto infrigida
to. ouis infrigidatis: ꝛ alijs cibis ex
q̄bus freq̄nter ſeq̄tur vomitus. Ta
les aūt q̄ ex hmōi cauſis die ſacre cō
muniōis hn̄t vomitū. ex ipoꝝ cul
pa q̄licūq;: pn̄ia dura ſūt puniendi.
Et ne ſacerdos talē qualē voluerit
penitētiā ꝑ tali pctō iniūgat audiat
penitētiā diſtrictā diu ꝑ ſctōs taxa
tā ꝛ a iure approbatā. Sicut em̄ di
cit Beda in ſuo penitētionali. ꝛ po
nunt̄ v̄ba in decreto. de cō. di.ij vbi
d̄r. Si q̄s ꝑ ebrietatē vel voracitatē
euchariſtiā euomuerit. xl. dies peni
teat. Clerici vl' monachi. lxx. diebꝰ
Epi. xc. Si v̄o ꝑ īfirmitatis cauſā
euomuerit ſeptē diebꝰ peniteat. Et
hoc q̄d d̄r de infirmo cui iniūgit̄ pe
nitētia ꝑ vomitu. intelligēdū eſt q̄
hoc fit ad cautelā: quia cum eſſet in
firmus non debuit ſumere ꝛ ita fuit
in culpa. Unde ꝛ ſacerdos ſit circa
hoc cautus q̄ ſi viderit infirmū ta
lem ad vomitū ꝓnum ſiue promp
tum: tn̄ oñdat ſibi corpus xp̄i ꝛ ſua
deat ſibi pie credendum ꝛ ſentiendū
de ipſo ꝛ ſufficit ſibi pro communio
ne ſacramētali. Quia nihilominus
communicat ipſe ſpiritualiter et ſi
non ſacramentaliter ſi eſt ſine pecca
to mortali.

## De cautelis ſeruandis ex parte ſacerdotis hoc ſacramentum conferentis vel cōficientis.

PRimo ſacerdos caueat ne cōicz' alienū par
rochianū abſq; licen-
tia ſui plebani. q2 gra
uit̄ peccaret mittēdo
falcē in meſſem alienā. Religioſus
tn̄ hoc faciēs excōicatus de facto: ꝛ
ꝑ ſolū papam eſt abſoluēdus vt d̄r
in ca. Religioſi. de ꝓuilegijs in cle
mentina. Et nota q̄ plebanus cōi
cans alienū parrochianū nō incur
rit hāc penam excōicatiōis. vt dicit
Johes andree in glo. dicti capi. Et
Stephanus polonus hoc idē ſentit
Si tn̄ religioſus ꝓfectus eccl'ie par
rochiali hoc faceret dubitat ibidē
Johes andree an incideret illā penā
videt̄ tn̄ dicere q̄ ſic in.c. ꝑmo de de
cimis. in ꝑma glo. in clemētina vt i
c.j. de rebus eccl'ie nō alienādis. in
glo. v. in fi. penā cōſimilē nō extēdit
ad religioſum q̄ ꝓeſt eccl'ie ſeculari
vt clericus ſecularis. Scd̄a cautela
caueat ſacerdos ne peccatorē occul
tū ab hoc ſacro publice petentē cōi
onē abijciat vel ꝓhibeat. ſicut q̄dā
indiſcreti feciſſe inuenti ſunt. Un̄ di
cit Aug. Nō ꝓhibeat diſpēſator. i.
ſacerdos pingues terre. i. peccato
res mēſam dn̄i māducare. ſz exacto
rē moneat timere. de cō. di.ij. nō ꝓ
hibeat. Pro q̄ ſciendū q̄ ſm̄ Tho.
in. iiij. ſentē. di. ix. q. v. Si peccatū
eſt occultū ꝑ cōfeſſorem ſolum ſcitū.
ꝛ ille in occulto petit debet ei dene
gare: ꝛ monere eū ī occulto ne petat

in publico. Si aũt nihilominus petit in mãifesto dz ei dare exẽplo xpi q̃ iude traditori dedit corpus suũ. ij. q. j. Christus. de cõ. di. ij. Sicut iudas. Si vo pctm̃ est manifestũ tũc siue in occulto siue in manifesto petat dz ei denegari. Quare aũt pctõri in occulto nõ est denegãda eucharistia Guido de bai. in rosario decretoꝝ in dicto c. Nõ ꝓhibeat dicit q̃ hoc est. iõ ne ꝓdat pctõrẽ suspectuz esse de crimine qd̕ faceret si eũ ꝓhiberet. Sz diceres videt̃ in hoc sacerdos esset reus dãnatõis sic cõlcãtis q: dat medicinã p quã morit̃ egrotꝰ ꝛ dat gladiũ furioso q̃ se trãsuerberat. imo videt̃ talis sacerdos ꝓijcere in lutũ pessimũ cõsciẽtie imũde illius pctõris corpus xpi. Rñdeo q̃ hec oĩa nõ debẽt aliquẽ mouere in cõtrariũ: q: nihil cõcludũt. Iste aũt sacerdos nõ dat medicinã mortiferã illi pctõri. sz ille pctõr solus rapit violenter a q̃ non põt ꝓhiberi de iure p sacerdotẽ. Nec dat ei gladiũ sacerdos: sz ipe solus violenter rapit cui sacerdos resistere nõ põt ex quo sibi ius ꝓhibuit Nec ꝓijcit corpus xpi in hoc casu in lutũ: sed ille pctõr hoc facit. Sacerdos aũt inuitus hoc facit: ꝛ cuz dolore maximo. q: monet eũ in secreto deum timere. qd̕ cũ fecerit nõ hz amplius q̃d faciat. Sic de btõ gregorio legit̃ q̃ cũ fratri petenti pctõri occulto eucharistiã dedit publice dixit Iudicet deus inter me ꝛ te. Eligat ergo peccator occultus ſm cõsilium guidonis supradicti vt potius se prodat suspectuz de pctõ abstinendo a cõione q̃z in pctõ sumat indigne Tertia cautela est ne sacerdos det alicui hostiã nõ consecratã loco ꝯsecrate: q: ſm Thomã in sacramẽto veritatis non dz esse fictio aliqua. Et hoc iõ. q: manducans hostiã adorat eã ꝛ sic cõmitteret ydolatria. qd̕ crimen in sacerdotẽ retorq̃ret q̃ daret actus ꝛ causam ydolatrãdi. ſm Tho. in suo q̃olibeto. li. vj. q. vj. Nec etiã solus sumat in missa ꝓpter qd̕cũq̃ peccatũ sibi occurrẽs hostiam nõ cõsecratam. Sicut de quodam intellexi. q̃ sentiens se grauibus peccatis fornicationum irretitũ ꝓsertim cum nocte illa habuisset cõcubinã timens offendere diuinã maiestatem. in missa eodẽ die p ipm̃ celebrata: ad quã nõ cõfessus pudore socioꝝ alioꝝ ne de eo illud sciret̃ cõfusus accessit ꝛ hostiam nõ cõsecratã eleuauit pp̄lo adorandã. quã solus postea sũpsit qd̕ se sepissime facere asseruit corã cõcubina predicta cum per eam ipsa retenta irreuerentior sicuti ad quod ita indignus accederet fuisset reprehensus. Hoc autem est maximum peccatum et maius illo quo quis i peccato mortali communicat. Sicut dicit decretalis de celebratione missarum de homine vbi dicitur q̃ talis illudit deo et populo. quia facit populum ydolatrare. Faciat autez talis sacerdos iuxta consilium iuris. l. distinctione. De his in fine vltime glose. vbi dicitur. q̃ talis dummodo sit contritus q̃uis non confessus necessitate vrgente potest licite celebrare. et in tali casu non fingat se celebrare: sed veraciter in nomine domini consecret. ꝛ hoc est dignum. Quarta cautela caueat sa

cerdos ne det corpus xpi hiſtrioni-
bus ⁊ alii q̄ hoīes ꝓuocāt ad luxu-
riā vel laſciuiā ⁊ diſſolutionē q2 hoc
nec diuine maieſtati nec euangelice
diſcipline cōpetit. de cō. di. ij. ꝓ dile
ctiōe. Et hoc intellige de iſtis hiſtri
onibus q̄ vtūtur ꝟbis ipudicis vel
factis illicitis vl' adhibēt ludū nego
cijs ſicut illi q̄ idūut laruas ⁊ fingūt
ſe ceruos vl' eq̄s induentes ſaccos ⁊
q̄ hoc faciūt tꝑibus indebitis ſicut
diebus feſtiuis diſtrahētes ppl'm a
deuotiōe. Al's aūt illis pōt dari cō-
munio q̄ licite ⁊ ornate interdū corā
hoibus faciūt iocoſam collationē3
ꝟbis honeſtis ⁊ nō ſcandaloſis. Nā
ioculatores audire cauſa recreatōis
nō eſt pctm̄ mortale. lxxxvj. di. dōa
re. in ꝑma glo. Nā ⁊ talibus pōt da
ri aliqd pro mercede ſm Tho. ſcḋa
ſcḋe. q. lxviij. ar. iij. Similit' amenti
bus ⁊ fatuis naturaliter nō d3 dari:
Si aūt oīno nō ſunt debiles ī mēte:
ſed aliq̄ mō ſunt dociles: ⁊ hn̄t reue
rētiā ad ſacramētū. nō d3 eis dene-
gari. Sil'r pueris q̄ nō habēt diſcre
tionē nō d3 hoc ſacramētum porri-
gi. Quinta cautela caueat ſacerdoſ
ne habeat euaporatā aut corruptā
hoſtiā. Un̄ notāt doctores ꝙ vltra
vnā ſeptimanā ſeu ebdomadā ſacer
dos nō d3 ſeruare hoſtiam ne putre
ſcat. ut habet' ḋ ſentē. excō. vt ꝑmit
timus ſup glo. ꝑma Similiter ne ſit
vinu3 acetoſum. q2 in talibus nihil
ꝯficeret. Si tn̄ hoſtia nōdum totali
ter eſſet euaporata: ſed tenderet ad
corruptionē ſi vinū etiam inciperet
aceteſcere pōt qdē cōfici. ſed peccat
cōficiens mortaliter ꝓpter reueren-
tiā ſacramēti. Sil'r ne cōficiat in vi-
no agreſto. ſ. nōdum maturo. q2 nō
dū eſt vinū. ſ3 in via generatiōis. In
muſto tn̄ bene cōficit'. q2 h3 plenam
rationē vini. tn̄ nō eſt cōficiendū de
multū recenti muſto ꝓpter ipuritā-
tem ipſius ſm Tho. in. iiij. di. xj. q.
iij. ar. j. ij. ⁊ iij. Uideat etiam ſacer-
dos ꝙ apponat tantum de aq̄ ꝙ to
taliter pōt cōuerti in vinum. Sexta
cautela. caueat ſacerdos ne cum eſt
debilis ita ꝙ nō pōt ꝑficere miſſam
audeat celebrare ſicut cōtingit pati
entibus tertianā febrē ⁊ quartanā.
vel q̄s interdū dimiſit febris q̄ vt ſe-
pius deficiūt in celebrādo. ita ꝙ vix
ab altari domū languētes deportā
tur. Uerūtn̄ licet ſic debilis nō pōt
celebrare. pōt tn̄ ſeipm̄ cōmunicare
ſi nō h3 aliū ſacerdotem q̄ ipm̄ com
municaret. ſ3 tūc d3 hr̄e ſtolā. xxiij.
di. Eccl'iaſtica in glo. ꝑma. In hoc
tn̄ caſu ſi ſacerdos incipiēs miſſam
debilitatē intātū ꝙ nō poſſit eā ꝑfi-
cere ſi eſt an̄ conſecrationē corporis
xpi vel an̄ cōſecrationē3 ſanguinis.
vel etiam ſanguine cōſecrato d3 reli
q̄ pars miſſe ſuppleri ꝑ aliu3. vt pt3
vij. q. j. nihil. Et hoc idē tenet tho.
in. iij. parte. q. lxxiij. Si aūt ſacerdoſ
poſt cōſecrationē corporis xpi ante
tn̄ ꝯſecrationē ſanguinis ꝑcipiat vi
nū aut aquā deeſſe in calice tunc d3
ſtatim apponere ⁊ ꝯſecrare. Si ꝟo
poſt oīa cōſecratiōis ꝟba ꝑcipit ꝙ
aq̄ deſit d3 nihilominus procedere
q2 appoſitio aq̄ nō eſt de neceſſitate
ſacramenti. Nullo aūt mō aq̄ d3 vi
no iam cōſecrato miſceri. Si aute3
poſt ipam conſecrationē ſanguinis
ꝑcipit ꝙ vinū nō fuit appoſitū in ca
licē ſ3 ſolū aq̄ ſi hoc ꝑcipit an̄ ſump

tionē corporis xpi dꝫ deposita aqͣ si ibi fuerit aquā cū vino ponere et reſumere a vbis cōsecratōis sanguis Si vo hoc pcipit post sumptionem corporis xpi: dꝫ apponere aliā hostiam cū sanguine cōsecrādā. ⁊ in fine sumere hostiā iterū cōsecratā ⁊ sanguinē. nō obstante si prius etiā ſūpsit aquā q̄ erat in calice q2 pceptū d pfectione sacramēti maioris est pōderis q̄ꝫ preceptum q hoc sacrm a ieiunis sumatꝛ ſm Thomā Alijs tn̄ videtꝛ q solū dꝫ apponere vinū in calicē ⁊ aquā sine noua hostia. ⁊ repetere vba cōsecratiōis calicis tm̄ ab illo loco. Simili mō. Et si timet plongationē misse sufficit dicere verba essentialia cōsecratiōis calicis. Nec est necesse repetere orōnes sequētes. Et hoc totū intelligūt ipi si gustauit tm̄ ⁊ nō trāsglutiuit. Quid aūt faciat si habeat aquā in ore ⁊ vere sentit q est aq̄ tm̄ dicit Inno. q n̄ dꝫ eā emittere. q2 ppter corpus xpi qd est in ea cauēdū est ne viliter tractaretꝛ. Et q2 est timēdū ne generaretur scādalū his q̄ viderent. Dicit etiā ipe Inno. Si eā trāsglutit nō ē ieiunus. nec dꝫ post ea cōficere. vij. q. i. nihil. Hostiensis vo dicit q dꝫ eā seruare ⁊ ponere in sacrario. ⁊ ſm hoc dꝫ se fingere eam transglutire. ⁊ hoc ideo q2 al's tāq̄ꝫ nō ieiunus nō dꝫ cōficere. Ego tn̄ teneo cū Tho. q post cōsecrationē istius aq̄ posset in hoc casu cōsecrari corpus xpi et sumi ne sacrificiū maneat imꝑfectū qd ē grauius pctm̄. Itē si pcipit hostiā corruptā post sūptionē dꝫ aliaꝫ accipere ⁊ iterū consecrare ⁊ sumere ſm Tho. in. iij. parte. q. lxxxiiij. ar. vi. Similiter si recordaretꝛ se omisisse aliq̄ vba q̄ sunt de necessitate forme. resumat formā iterū p ordineꝫ. Si aūt essent vba nō de necessitate forme pcedat ne turbet ordinē officij diuini ſm Tho. in. iij. parte. q. lxxxiij. ar. vi. Septima cautela caueat sacerdos ne aliqd de corpore xpi vel sanguine in terrā vel in vestē ornatus sui cadere vel stillare pmittat. q2 grauiter puniretꝛ. Nā si ceciderit aliqd sup tabulā ligneaꝫ. lingua lambatur ⁊ tabula radatꝛ. Si aūt n̄ est tabula locus radatꝛ ⁊ cōburatꝛ. et cinis in sacrario recōdatur ⁊ sacerdos q̄draginta diebus peniteat Si vo sup lapideꝫ altaris ceciderit sorbeat sacerdos stillā. ⁊ tribus diebus peniteat. Si vo sup lintheū altaris vel sup casulā sacerdotis ceciderit si peruenerit stilla ad aliud lintheū q̄ttuor diebus peniteat. Si vero puenerit ad tertiū nouē diebus peniteat. Si vsq̄ꝫ ad q̄rtū. xx. diebus peniteat ⁊ lauet lintheamina tribus vicibus q̄ stilla tetigerit supposito calice ⁊ aq̄ ablutiōis iuxta altare condatur. de cō. di. ij. Si p negligentiā. Posset etiā sumi a sacerdote nisi timeretꝛ abhominatio. Cautius tn̄ est illā partē lintheaminis vel corporalis excidere ⁊ cōburere. cinerē auteꝫ ponere in sacrario ſm Tho. in. iiij. disti. xiij. ⁊ i. iij. pte. q. lxxxiiij. arti. vi. Habentꝛ hec oīa de cō. di. ij. Si p negligētiā. Octauo caueat sacerdos ne aliqd cadat i calicē ⁊ maxie in estate vt est vmis. aranea. musca fimus passeris. puluis ⁊ silia Qd si añ cōsecrationē calicis cōtigerit. calix dꝫ ablui ⁊ de nouo vinū infundi

cum aq̄. Si vero poſt cōſecrationē dz caute capi ⁊ diligēter lauari ⁊ cōburi ⁊ ablutio in ſacrario mitti. Et ſi venenū ibi eſſe dep̄henderit nullo mō ſumere dz nec alteri dare: ne calix vite in mortē v̄tatꝛ: ſed dz diligenter ſeruari i vaſculo. Et ne ſacramētū maneat imp̄fectū dz inde deponi ſacerdos denuo incipe ꝯſecrationē calicis vt ſacramētū p̄ficiatꝛ. Nihil em̄ abhoīabile debꝫ ſumi occaſiōe huius ſacramēti ſm̄ gloſam finalē. ca. ſi ꝑ negligētiā. de cō. di. ij. Hec Hugo. Nono caueat ne corpus xp̄i ponat incaute. ita q̄ a muribus comedatꝛ. Quia de hoc q̄draginta diebus dz penitere. de cō. di. ij. q̄ nō bn̄. Sed di. tn̄ ibi mus non comedit corpus xp̄i. q̄re ergo ſacerdos ſic tunc punitꝛ. Reſpōdeo. lꝫ multi doctores nō cōcedant ibi rodi corpus xp̄i ſed ſolū ſpeciē ſacramēti eo q̄ vt dicūt q̄zcito ſumitꝛ a mure vel ab alio animali deſinit eſſe ſacramētū nō eſt tn̄ icōueniēs ſi dicatur q̄ mus ſumat corpus xp̄i cū ſceleratiſſimi hoīes illud ſumāt ſm̄ glo. de cō. diſt. ij. Qui non bn̄. Poteſt tn̄ dici q̄ licꝫ homo malus ſumat ſacramētū iſtud ſacramentalitꝛ ⁊ nō ſpūaliter: mus tn̄ vel brutum aīal nec ſpūaliter nec ſacramētalitꝛ recipit q2 nō vtitꝛ eo vt ſacro eo q̄ nō credit ibi eſſe deū ⁊ hoīez ſꝫ ſumit ꝑ modū alterius cuiuſcūqꝫ cibi. ⁊ ita ſumit bn̄ accidētia ⁊ ſpecies ſacramētales ſꝫ nō ſacr̄m. immo dicūt doctores vt notatꝛ i glo. dicti. c. Nō iſti. de cōſe. di. ij. q̄ etiā in bono hoīe q̄zdiu ſentiuntꝛ ſpecies. tādiu ē ibi corpus xp̄i ⁊ q̄zcito deglutitꝛ ſtati deſinit eſſe ſacr̄m. ⁊ corpus xp̄i deſinit eſſe in ſumēte Ita ſentit. Hugo cardinalis. Sꝫ Hugo de ſancto victore vt recitat Archi. in ca. p̄dicto. Nō iſti dicit q̄ q̄zdiu ibi maneat ſpecies ſub illis eſt xp̄s integer. vn̄ ſi intrāt ſtomachū ſub illis manet q̄zdiu ſint ibi ſicut ſub ipſa ſpecie eſt i pixide. Et verū eſt ſm̄ Petrū de tharātha. q̄ nō vadit in corpus noſtrū vt illud nutriat ſicut ceteri cibi. intrat tn̄ ⁊ eſt ibi ſub ſpecie ſacramētali q̄zdiu illa durat ſm̄ Petrū ⁊ hoc etiā tenent theologi. Dicit etiā gloſa de cō. di. ij. Tanta ſuꝑ verbo cōmiſceri. q̄ ſpecies ille nec cibis alijs commiſcentꝛ nec in ſtomachuz deſcēdūt ⁊ ꝓpter hoc neqꝫ ꝑ ſeceſſum emittūtur. Et lꝫ aliquis ex ipis reficiatꝛ nō tamē incorporantꝛ. nec in ſtomachū deſcēdunt: nec ꝑ ſeceſſum emittuntꝛ. Interdū tamē etiā homo odore recreatꝛ. q̄ tn̄ nec ꝑ ſeceſſum nec in ſtomachum dirigitꝛ. Tamē Bartholomeus brixienſ. ibidez dicit q̄ bn̄ dicere poteſt q̄ in ſtomachū deſcēdāt nā al's quō euomerentꝛ. Qn̄ ḡ dicit Aug. Nō iſte eſt panis q̄ trāſit i vētrē expōit archi. i. c. Si q̄s ꝑ ebrietatē. de cō. di. ij. q̄ hoc ꝓ tāto dr̄ q̄ nō eſt iſte panis q̄ vadit in corpus ſicut cibus naturalis. ſic q̄ nutriat: ſꝫ eſt ibi ſub ſpecie ſacr̄ali Et ꝓ tāto pūitꝛ ſacerdos: q2 ꝑmiſit irreuerentꝛ a muribꝰ ꝯtractari ſacr̄m tā venerabile.

## De ſacramento penitentie.

PEnitētiam agite appropinq̄bit em̄ regnū celoꝝ Math. iiij. ⁊ iij. Et de pe. di. j. ex his. Quia reſtituta inba-

ptiſmo innocẽtia hõ fragilis illeſã
ꝛ incõtaminatã cõtinue ſeruare nõ
pt vitã qn ſepius cadat. iõ diuina ma
ieſtas contra caſũ hmõi ꝓ reſtaura
tiõe innocẽtie ꝑdicte de ſacro penitẽ
tie ꝓuidit ꝑ quam hõ a deo ꝑ pctm̃
elõgatus ad ipm̃ appropinqt. Hic
eſt ꝙ ſaluator veniẽs i mũdũ qſi bo
nus medicus egrotis cõſulẽs dicit.
Pniam agite. Agite inqꝫ ſm Gor
rã ſup Mat. tãqꝫ medicinã ad ſanã
dũ morbũ. qſi armaturã ad iniẽdũ
bellũ. qſi clauẽ ad reſerãdũ celum.
Tria eñ cõſeqtur pnie actor. ſ. ſa
nationẽ vulneꝝ cordis. armationẽ i
ſidiaꝝ hoſtis. ꝛ aptionez regni cele
ſtis. Vñ dr appropinqbit eñ vobis
regnũ celoꝝ. Diffinit aũt ſic ſm ma
giſtꝝ ſen. li. iiij. di. xiiij. Pnia ẽ ꝟtꝰ
q̃ cõmiſſa mala plãgimus cũ emen
datiõis ꝓpoſito. Amb. aũt ſic diffi
nit pniam. Pnia eſt virtus cordis
amaritudo aĩe ꝓ maliſ q̃ qs ꝯmiſit
Alibi etiã idẽ Amb. dicit Pnia eſt
mala ꝑterita plãgereꝛ plãgẽda iteꝝ
nõ cõmittere. Circa qd̃ ſciẽdũ ꝙ du
plex eſt pnia. ſ. interior tm̃. ꝛ ẽ dolor
ꝓ pctõ. Et hoc ẽ de iure nate. Alia
exterior q̃ fit arbitrio hoĩs. ſ. ipoſita
ꝑ ſacerdotẽ. Pnia nõ ẽ ſacrm̃ ꝓprie
ſꝫ ſcdᷓ. ſ. ꝑ miſtros eccl'ie impoſita.
Eſt aũt materia huius ſacri actus
miſtri. ſ. ſacerdotiſ quẽ exercet circa
pctõrẽ abſoluẽdo ipm̃. Forma autẽ
iſtius ſacri lꝫ a xp̃o non ſit inſtituta
certa. tñ ſm doctores ẽ hec ꝙ ꝑmo
ꝑmittat orõ. ſ. illa. Dñs te abſoluat
vel miſereat tui oipotens deus. ꝛ di
mittat tibi oĩa pctã tua ꝛ ꝑducat te
in vitã eternã. Et tũc ſequat forma
eſſentialis. ſ. Et ego auctoritate q̃
fungor abſoluo te a peccatis tuis.
In noĩe patris ꝛ filij ꝛ ſpũſſcti. Ita
ponit Albertus in ſcripto qrti ſnia
rũ. di. xvij. Dicit aũt Tho. i. iij. pte.
q. lxxxiiij. ar. iij. ꝙ de ſubſtantia for
me eſt. Ego te abſoluo. ſꝫ hoc qd̃ ꝑ
mittit. ſ. orõ nõ eſt de ſubſtantia for
me: ſꝫ tm̃ ne ſacramẽti effectus ipe
diat ex pte penitentis. Fit aũt ma
nus ipoſitio ſup caput confitentis.
qd̃ nõ eſt de eſſentia ſm Tho. quia
hoc ſacramẽtum nõ ordinat ad ali
quã excellentiã grẽ cõſequẽdã ſꝫ ad
remiſſionẽ pctoꝝ Vñ magis i hoc
ſacro cõpeteret ſignũ crucis qꝫ ma
nus ipoſitio. in ſignũ ꝙ ꝑ ſanguinẽ
xp̃i remittunt pctã nõ tñ eſt de neceſ
ſitate ſacri Hoc tñ qd̃ dicit ſacerdos
Ego te abſoluo valet tantum. i. ſa
cramentũ abſolutiõis tibi cõmitto.
Sicut cu m querit ab a'iquo bapti
zando. credis i deũ. rñdet. credo. qd̃
valꝫ tãtũ ſicut ſacramẽtũ fidei com
mittere volo. ſm doctorẽ pariſiẽſez
di. xiiij. q. iij. Plureſ tñ docti ſic ab
ſoluũt. Auctoritate dñi nr̃i ieſu xp̃i
ꝛ auctoritate beatoꝝ petri ꝛ pauli ꝛ
auctoritate mihi in hac pte cõceſſa
ab oĩbus pctis tuis ꝑ te deo ꝛ mihi
cõfeſſis ego te abſoluo. In noĩe pa
tris ꝛ filij ꝛ ſpũſſcti. et iſta forma mi
hi magis placet. Tñ ex q̃ certa for
ma nõ ẽ ab eccl'ia ꝑſcripta in hoc ſa
cramẽto eligat ſibi qs quã vult ex
iſtis. Vñ ex hoc põt patere ꝙ cum
iſtud ſacrm̃ nõ hꝫ certã formã a xp̃o
inſtitutã vel ꝑ eccl'iam ꝑſcriptã vide
tur ꝯſonũ ꝙ illi q̃ abſoluebãt ꝑ ꝟtu
tem paſſiõis dñi nr̃i ieſu xp̃i. vel ali
ter nõ ſint damnandi tanqꝫ erronei.
immo videt ꝙ ꝑdicta forma abſolu

tionis ꝑ doctores inuenta ⁊ appro-
bata ſit ſuſtinēda nec opus fuit re-
petere cōfeſſiōes talibus factas q2
in nullo ꝯtra determinationē eccl'ie
venerunt p̄dicti. nec cauſa inducēdi
errorē ꝑ illā formā. ſz tanq̄ pie ſerua
tā eadē vſi ſunt. Ulterius ſciēdū ꝙ
tres ſūt ſpēs pnie. q̄dā eſt ſolēnis. q̄
dā publica. q̄daz p̄uata ſeu ſecreta.
Solēnis pnia eſt q̄ iponit ab ep̄o in
capite ieiunij ꝓ crimine publico et
manifeſto ſicut ꝓ homicidio. incen
dio ⁊ ſacrilegio ⁊c. Et talis nō pōt
reiterari ne vileſcat: nec imponit cle
rico niſi ꝺpoſito. Et agēs talē peni
tētiā de cetero non pōt ꝓmoueri ad
ſacros ordines. Forma aūt iponen
di. eā pōit. l. diſt. in capite. vbi ꝺr ꝙ
oēs penitētes q̄ talē pniam publicā
ſuſcipiūt p̄ſentēt ſe epiſcopo in capi
te q̄dragesime añ fores eccl'ie nudis
pedibus vultibus in terrā demiſſis
⁊c. Ibi debēt adeſſe decani: archip̄-
ſbyteri: parrochiani et preſbyteri
penitentium qui debent iniungere
talibus penitētias. Poſt hoc eos
in eccl'iā introducāt ⁊ cū oi clero ſe-
ptē pſalmos penitētiāles ſ̄pis i ter
rā ꝓſtratis cū lachrymis ꝓ eoꝝ ab
ſolutiōe decātent. poſtea ſurgēs ab
orōne manus eis iponat aquā bn̄di
ctā ſup eos aſpgat cinerē tn̄ ſ̄ꝑus im
mittat. Deinde cilicio capita eoruz
coopiat. Poſt hoc ꝑ miſtros eccl'ie
de eccl'ia eos expellat cū rn̄ſorio. In
ſudore vultus tui. Iſte tn̄ modus n̄
ſeruat apꝺ nos ſz trāſlatus ē i cenā
dn̄i ⁊ ibi expedit. Sciēdū tn̄ ſm vvil
helmū ꝙ ingreſſus eccl'ie q̄ iniūgit
ſolēnit penitētibus pēdet ex arbitrio
ſacdoti. tn̄ poſtq̄ introducunt taleſ
in eccl'iaz ꝑ ep̄m feria q̄nta magna
ſolū intrabūt eccl'iā vſq3 ad octauaz
paſche. ⁊ poſtea exībūt ꝑ totū ānū:
vt dicit glo. l. di. In capite. Et erunt
extra eccl'iā vſq3 ad eādē feriā ſeq̄n-
tis āni. nec cōicabunt aliq̄n vſq3 ad
mortē. Nūq̄ tn̄ minus ſm arbitriū
epi. xij. q. ij. de viro. xxxiij. q. ij. ad
monere. xxvj. q. vj. Si quis de
corpore ⁊ de penitentia diſtinctione
v. Si qui vero. Si tamen penitet
pōt ei ſecundo vel tertio anno red-
di ingreſſus eccl'ie vt p3 xij. q. ij. de
viro. Penitētia publica ē q̄ fit i pu-
blico nō tn̄ cum p̄dicta ſolēnitate vt
cū iniūgitur alicui pegrinatio ꝑ mo
dū cū baculo cubitali ⁊ cū ſcapulari
⁊ cū huiuſmodi. Et hanc pōt impo
nere q̄libet ſuo parrochiano. Et fit
publice iō vt publicū peccatū publi
cam habeat medicinā. Sicut ſi q̄s
in fornicatiōe eſſ3 dep̄henſus publi
ce. vñ q2 talis eſt magna ꝯfuſiōe di
gnus ꝓpter alioꝝ ſcādalū. Et vt ſit
alijs in terrorē ⁊ i exēplū penitēdi et
nō deſperādi publice agat pniaz. nō
op3 aūt ꝓ q̄lib3 māifeſto pctō māi-
feſtā agere pniam. ſm Albertū ſz ſo
lū q̄n ſcādalizauit alios. Et hoc eſt
cōtra multos q̄ iniungunt ſuis par
rochianis publicam pniam ante fo
res eccleſie vel in circuitu cimiterij
ambulare añ ꝓceſſionem in die feſti
uo. vel iacere ad faciē īfra oſtiū eccle
ſie ꝓ leui pctō ſic ꝓ vna potatōe vl'
ꝓ alio pctō q̄d tn̄ nō ſcandalizauit
totā eccl'iā. Et iſti p̄cludūt viā peni
tēdi ſeu cōfitēdi alijs ſimilibꝫ pctis
inuolutis: ne ſimiliter cōfundantur.
Penitentia aūt priuata ſeu ſecreta
eſt quaz quis imponit pro peccato

occulto. Ut aũt ordinate ꝓcedam⁹
circa huiuſmodi penitentias tã pu-
blicas ꝙ̃ priuatas tria conſiderari
oportet circa iſtud ſacramẽtuꝫ. Ha
bet eñ penitẽtia tres partes ſcꝫ cõ-
tritionem. confeſſionem et ſatiſfa-
ctionem.

## De cõtritione q̃ eſt prima pars penitentie.

Contritio ẽ dolor pro
pctĩs volũtarie aſſum
ptus cũ ꝓpoſito cõfi-
tẽdi ⁊ ſatiſfaciẽdi. Cir
ca qđ ſciẽdũ ꝙ dolor
eſt duplex vnus eſt voluntatis q̃ nõ
eſt aliud niſi pctĩ diſplicẽtia ⁊ iſte eſt
de neceſſitate ⁊ eſſentia cõtritionis.
Alius eſt dolor ſenſibilis q̃ apparet
in lachrymis ⁊ ſuſpirijs. ⁊ iſte nõ eſt
de eſſentia cõtritionis ſꝫ de pfectiõe
q2 nõ eſt in nr̃a poteſtate eã habere
qñ volumus Poteſt aũt fieri tanta
cõtritio ꝙ nõ ſolũ culpa ſꝫ etiã tota
pena dimittat̃. põt eñ tm̃ incendi
charitas in cõtrito ⁊ tantus eſſe do
lor ſenſibilis ꝙ cõtritio ide ꝓcedẽs
merebit̃ ſolutionem ab omni pena.
Sciẽdũ tñ eſt ꝙ aliq̃ putãt ſatis in-
diſcrete tũc eſſe cõtritionem qñ hñt
quandã diſplicẽtiã de pctĩs. vel qñ
hñt ꝓpoſitũ dolendi de eis ⁊ tales
paupes decipiũtur. hoc eñ non eſt
cõtritio ſꝫ attritio. Sꝫ qñ hõ habet
pfectã diſplicẽtiã ⁊ hꝫ nõ ſolum do-
lendi ꝓpoſitũ. ſꝫ etiã verꝫ cordis do
lorẽ ꝑ ipis. tũc hꝫ cõtritionem ſm
Tho. in. iiij. di. xvij. q. vj. ar. iij. De
bet aũt pctõr de oĩ pctõ mortali do
lere ⁊ cõtritionẽ habere ⁊ de q̃libet
ſpecialit̃. De oblitis tñ ſufficit cõtri
tio generalis cũ conat̃ ad recordan
dũ ⁊ ad dolẽdũ. Et dꝫ dolere de ob
liuiõe pctõꝝ q̃ ex negligẽtia ſua ꝓ-
ceſſit. Nõ intellige ꝙ q̃s neceſſario
dꝫ hr̃e dolorẽ ſpecialẽ de q̃libꝫ pctõ
mortali talẽ videlꝫ dolorẽ q̃ eſt grã
informatus: ſꝫ liq̃t ꝙ dꝫ hoc hr̃e cir
ca pncipiũ cõfeſſiõis cũ q̃s recogi-
tat pctã ⁊ dolet. Et bñ faceret pctõr
q̃ ꝓ maiori pctõ plus doleret q2 ma
gis ꝑ hoc deũ offendit ⁊ maiorẽ pe-
nã ꝓmeruit Nec dꝫ cõtritio ſaltẽ in
habitu ceſſare in pctõre etiã poſt cõ
feſſionẽ ſꝫ ſemꝑ manere. vt dic tho.
in. iiij. di. xvij.

## De cõfeſſiõe nunc ſequitur.

Confeſſio aũt ſm Au
gu. ſic diffinit̃. eſt per
quã morbus latẽs ſpe
venie aperit̃. Uel ſm
Ray. Cõfeſſio ẽ legi-
tima corã deo ⁊ ſacerdote pctõꝝ de
claratio. Tenent̃ aũt habẽtes an-
nos diſcretiõis ad eã faciẽdã ſemel
in anno vt pꝫ de pe. ⁊ re. c. Ois vtri
uſqꝫ immo q̃liſcũqꝫ eſſet contritio ſi
q̃s cõtẽneret confiteri dãnaret̃. Uñ
falſũ eſt ⁊ hereticũ dicere ſufficit ſoli
deo ꝯfiteri. Nã dicit canõ de pe. di.
j. Taciturnitas. Ubi ẽ taciturnitas
cõfeſſiõis nõ eſt ſperãda venia cri-
minis Pꝫ hoc exẽplo xp̄i q̃ lazaꝝ
ſuſcitauit. ſꝫ tñ diſcipulis tradidit
abſoluẽdũ. Jo. xj. Et. xj. q. iij. tunc
vera Itẽ decẽ leproſos ad ſacerdo-
tes miſit q̃ in via eũdo fuerũt mũda
ti vt đr Lu. xvij. ꝑ qđ ſignificat̃ ꝙ
pctõr lꝫ in via eũdo ad cõfeſſionẽ rõ
ne ꝯtritiõis quã hꝫ ꝯſeq̃tur veniã ⁊
remiſſionẽ pctõꝝ tñ tenet̃ vẽire ⁊ cõ

fiteri ſacerdoti. ſꝫ diceres q̄re pctōꝛ dꝫ ire ad cōfeſſionē vel ſacerdotē ex q̄ remiſſa ſunt ei pctā ꝑ cōtritionē. Rn̄ſio ſm̄ Hoſti. i ſūma de pe. ⁊ re. ca. Tu dic ꝙ pctōꝛ duplici vinculo ad ſatiſfaciēdū abſtringit̄ vno q̄ ligat̄ ad deū. ⁊ illud in ꝯtritiōe dimittit̄. Alio q̄ ligat̄ ad eccl'iā ⁊ hoc ꝑ cōfeſſionē ⁊ ſatiſfactionē dimittit̄ ⁊ ꝑ abſolutionē ſacerdotis relaxat̄ Ad hoc facit de ſen. exc͠o. a nobis. c. j. ꝺ pe. di. j. multiplex. ⁊ c. quē penitet in fi. ⁊ di. v. Cōſideret. Lꝫ igit̄ pctm̄ dimittat̄ q̄ ad reatū ꝑ cōtritionē. manet tn̄ obligatio ad penā tp̄alē ꝑ ſacerdotē infligēdā. Et ꝓbat Archi. de. pe. di. iij. Productioꝛ. Qꝛ ſicut oēs creature oñdunt ⁊ cōfitent̄ defectus ſuos tp̄ales ⁊ naturales hoīb⁹ eo mō q̄ poſſūt vt dicit glo. ſup illo ꝟſu. Cōfeſſio ⁊ magnificētia opus eius ⁊c̄. ita hō dꝫ oñdere defectus ſuos volūtarios ⁊ ꝯfiteri ꝟbo vocali in q̄ abūdat. Et etiā dꝫ cōfiteri hoī eo ꝙ ꝟbū diuinū humiliatum eſt ꝑ pctis nr̄is delendis. qꝺ ꝟbū vnitū humanitati obligat nos ꝙ humiliemus ꝟbū nr̄m loq̄ndo nō ſolū hoī: ſꝫ etiā deo. ⁊ nō ſolū deo. ſꝫ etiaꝫ hoī qꝺ fit in cōfeſſiōe vocali. Preterea cū hodie peccamus corā deo ⁊ hoīe debemus ꝯfiteri nō ſolū corā deo ſicut in veteri teſtamēto fuit: ſꝫ hoī loco dei cōſtituto. Nec ꝓpter hoc ꝙ i cōtritiōe hoī dimittit̄ reatus culpe ſuꝑflua eſſet cōfeſſio vocalis q̄ ſm̄. Hugonē cardinalē ad hoc neceſſaria ē ad hūilitatē ⁊ iuſticiā exercēdā Itē ad hoc ꝙ eccl'ie ſatiſfaciat q̄ leſa eſt ex pctō. Ualet etiā ſm̄ Jo. an. ꝓpter fidē quā pctōꝛ hꝫ credēs auctoritatē clauiū i eccl'ia Silr̄ valet ꝓpt obedietiā quā exhibꝫ miſtris eccl'ie vel deo. ꝺ. pe. di. j. multiplex. ⁊ c. nō nulli. Qñ g̊ legi͡t i ſcripturis ſctis ꝙ ſola ꝯtritio ſufficit ad remiſſionem pctōꝝ itelligas i neceſſitate qñ ꝯfeſſio nō pōt hr̄i. Nā tūc nō eſt p̄ceptū Juxta illud. Cōfitemi alterutrū ⁊c̄. Qꝛ neceſſitas legē nō hꝫ. Nā tūc volūtas ꝓ fcō reputat̄. ſufficit em̄ tūc ſoli deo ꝯfiteri i corde. Si tn̄ ibi eēt aliq̄s laycus bonū eēt ſibi ꝯfiteri ꝓpter hoc vt poſtea eccl'iā iformaret q̄bus remedijs ꝓ aīa ſua eēt ſubueniēdū. Doctoꝛ tn̄ ſubtilis dicit. ex q̄ accuſatio i cōfeſſiōe nō fit ad aliud niſi vt cōſeq̄tur ſn̄ia. ⁊ laycus nō hꝫ auctoritatē ſentētiādi in iſto foro: ſeq̄tur ꝙ nullū p̄ceptū eſt ad accuſandū ſe corā layco. Forte autē melius eēt hoc dimittere ſi pctōꝛ poſſꝫ aliq̄ lē ꝟecundiā corā ſe hr̄e recogitādo eadē. ⁊ ſic eq̄ puniri. Etiā lꝫ ſimplicibus laycis ſit vtilis talis cōfeſſio corā layco i neceſſitate non tn̄ viris diſcretis q̄ ſciāt ad q̄d iſtituta eſt cōfeſſio. Hinc eſt ꝙ dic̄ Johes andree in ca. Si ep̄s. de pe. ⁊ re. li. vj. in vl. glo. ꝙ lꝫ layco in neceſſitate poſſumus ꝯfiteri tn̄ ip̄e nō pōt abſoluere qꝛ nō hꝫ claues. de pe. di. j. Quē penitet. Et notat̄ ꝺ officio cure paſtoralis vbi Hugo dicit ꝙ lꝫ in neceſſitate audit nō tn̄ ad hoc vt ſit ꝟa abſolutio. ſꝫ q̄ ad ſigna penitētie declarāda. Sed raymūdus contradicit. Itē archi. xxv. di. audire. dicit q̄ſdā dixiſſe ꝙ nullus etiā i neceſſitate tenet̄ ꝯfiteri ruſtico vl' layco p̄ſbitero abſente maxīe pctā moꝛtalia. Et dicit ꝙ illud Jac. Cōfitemi alterutrū

pctā vr̄a tm̄ de venialibuſ intelligit̄ q̄ poſſūt talibus laycis cōfiteri i neceſſitate. vel loqͣtur de cōfeſſiōe i generali q̄ fit in eccl'ia. vel loqͣtur tm̄ ꝺ ſacerdotibuſ. Hugo xͦ ꝺicit ꝙ layco tenet̄ q̄s ꝯfiteri pctā ſua cum nō pt hr̄e ſacerdotē. Nec videt̄ vere penitēs q̄ in articulo mortis pctā ſua nō cōfitet̄ cuicūqʒ pōt ſi ſacerdotē hr̄e nō pōt. Qꝛuis laycus non hʒ auctoritatē abſoluēdi. Dicit aūt glo. xxx. q. ij. Dēs ꝙ ſi laycuſ i neceſſitate audiat pctā mulieris nō pt cū ea poſtea ꝯtrahere. ſi tn̄ ꝯtrahat forte tenet matrimoniū Videt̄ tn̄ hoc tm̄ nō ſacerdoti ꝓhiberi cū tm̄ eius officiū eſt audire pctā. Tu dic ſecure ꝙ talis pt cū tali muliere cōtrahere quā audiuit in neceſſitate: qꝛ ꝑ hoc ſacrm̄ nulla cōpaternitas cōtrahit̄ vt ꝺr in canone. Qꝛuis ꝛc. de cognatione ſpūali. li. vj. Itē ſciēdū ꝙ cōfeſſio ſedecim ꝯditiōes hr̄e ꝺʒ q̄ habētur in his xͦſibus. Sit ſimplex. humilis. cōfeſſio pura. fidelis Atqʒ freq̄ns. nuda. diſcreta. libens verecunda. Integra. ſecreta lacrymabilis. accelerata. Fortis ꝛ accuſans. ꝛ ſit parere parata. Quātūcūqʒ autē nota ſint ſacerdoti pctā. adhuc tn̄ debēt narrari in cōfeſſione. qꝛ nō ſufficit ꝙ ea cognoſcit ſacerdos vt hō tm̄. ſ. in publico. ſʒ etiā vt deus. ſ. in ſecreto cordis. de pe. di. j. Impfecta i glo pͥma. Tenet̄ etiā pctōr nō ſolū mortalia: ſʒ etiā venialia ꝯfiteri licʒ ñ ita nccitate abſoluta teneat̄ ad cōfeſſionē vēialiū ſic mortaliū. Tn̄ ex q̊ ñ poſſumus vitā eternā cōſeq̄ ſine remiſſiōe venialiū tenemur ad eoꝝ ꝯfeſſionē. vt dic Tho. i. iiij. di. xvj.

## De mō audiēdi cōfeſſiōes.

Et quia experientia docente multos vidimus in pratica huiuſ ſacramēti errare. ideo vtile videt̄ ponere modū ꝛ formā circa audiēdaſ confeſſiones. Circa qꝺ vidēdū eſt de pluribꝰ ꝛ pͥmo de diſpoſitione pſone Scđo quō ſacerdos debeat inq̄rere a cōfitēte Tertio q̄ ſint caſus in q̄bus poteſt abſoluere. De pͥmo itaqʒ ſciēdū ꝙ ꝯfeſſionē audiēs ſacerdos dʒ ſedere in loco oī ſuſpitione carēte vbi ab oībus videri poſſit a nullo vero audiri: non ſicut q̄dā in cameris añ lectū ꝓpͥū audiūt: vl' in ſacriſtia. q̄ cōpti ſūt multa mala cū ſpūalibus filiabus cōmiſiſſe. Nō dʒ etiā ſacerdos vl' ꝯfeſſor i ſpicere vultū ꝯfitētiſ ne ductus terrore ſacerdotiſ minus audeat ꝯfiteri: vl' ne q̄d occultet vel alleuiet. Maxie tn̄ mulieribuſ caueat. qꝛ ſꝫm ſapiētē Facies mlieris ſic vētus vrēs. Nec dʒ ſedere ex oppoſito: ſʒ ad latꝰ. nec ēt dʒ pferre xͦba iocoſa ne alt̄ ſpoꝝ ad riſū ꝓuocet̄ ſicut etiā cōptū ē ꝺ aliq̄bꝰ. ſʒ xͦbis blādis ꝛ benigniſ ꝯfeſſor vtat̄: ñ ſic q̄dā faciūt maledicētes ꝯfitēti. dicētes diabolꝰ te mihi miſerat cū his pctiſ eos vl' eas diabolo cōmēdātes vt q̄dā ydiote faciūt Nec dʒ ſacdos mouere caput vl' ſputū ſepiꝰ ꝓijcere ne videat̄ a circūſtātibuſ ꝑdere pctā cōtentis. Ubi ergo ſunt illi q̄ pede trudūt ꝯfitentes vel faciūt q̄ſdam vociferationes ſuſpicioſas vel ſuſpiria ſuſpicioſa.. ex q̄bus ꝑdit̄ confeſſio peccatoris. Cū ergo incipit cōfiteri

attēdat verba ſua cōfeſſoꝛ vſq3 ad fi
nem. nec interrūpat niſi cū fuerit cō
feſſoꝛ ꝑ cōfitentē de aliq̄ exq̄ſitus:
vel niſi cōfeſſoꝛ habuerit neceſſe in-
q̄rere ḋ aliq̄ circūſtātia pcti. Si ꝟo
cōfitens corā ſacerdote pre timoꝛe
erubeſcēs obmuteſcit. tūc ſacerdos
eū dulcit alloquēs infoꝛmet ⁊ det ſi
bi coꝛ ⁊ audaciā his ꝟbis. vt dicit
Hugo. Fili cariſſime ex abūdātia
grē diuine habemus magnū donu3
hoc ⁊ ſalutis remediū q ꝑ nrām ve
rā cōfeſſionē poſſumus cōſeq̄ indul
gentiā pctoꝝ. Nō aūt verearis pro
aīa tua dicere veꝝ corā me q̄ ſū pec-
catoꝛ ſicut ⁊ tu. Nō aūt te audio vt
hō ſed vt deus. Qḋ ſi foꝛte cōfitēs
neſcit modū cōfitēdi cōfeſſoꝛ dicat
ei modū dicēs. Cariſſime fili ita de
bes cōfiteri. Cōfiteoꝛ oīpotēti deo
⁊ tibi pr̄i q ego peccatoꝛ peccaui in
multiplicibus pctis. Et pͦ̄o i moꝛ
talibus pctis. trāſgrediēdo diuina
ꝑcepta nō diligēdo deū nec ꝓximū
Et tūc videat cōfitens dicere pctā.
Et pꝛimo de moꝛtalibus pctis ſm
q diſpoſuit i mēte ſua. Si aūt igno
rat que ſūt pctā moꝛtalia dicat ſibi.
Ecce fili mi iſta ſunt pctā moꝛtalia
ſupbia. auaricia. luxuria. ira. gula.
inuidia. ⁊ accidia. Recoꝛdare ſi cō
miſiſti aliqḋ iſtoꝝ. Qui cū de eis ex
peditus fuerit ḋſcendat ad opa pie
tatis ſi ea neglexit adimplere. Sil'r
de alienis pctis vt ſtatim patebit.
Scḋo vidēdum eſt q̄liter ſacerdos
dz q̄rere a cōfitēte. Pro q̄ ſciendum
q ſi eſt diſcretus ꝯfitēs nō dz ab eo
aliq̄d q̄ri. ſ3 ſi eſt rudis tunc q̄rat ab
eo ſacerdos. Et pͥmo de moꝛtalibꝰ
pctis in genere nunq̄3 tū in ſpecie ꝟ
bi gratia ſic dicēs. Ecce fili nonne
peccaſti iſtis pctis. ſ. ſupbia. auari-
cia. ⁊c̄. Si ergo cōtigit te aliq̄n ſup-
biſſe de veſtibus. de pulchritudine
coꝛpoꝛis. de ſapia. de diuitijs. hoc
recogites ⁊ hoc doleas Itē ſi aliq̄n
exceſſiſti modū comedēdi vel bibē
di. vel habuiſti diuturnū odiū cōtra
ꝓximū tuū. vel appetitū vltionis in
iuſte cōtra ꝓximū. vel tempoꝛalia.
aut etiā fuiſti accidioſus ⁊ piger in
diuino officio vel ſermone q2 foꝛte
nō diligenter attendebas in miſſa:
ſed doꝛmitabas vel ſermones inuti
les miſcuiſti. Iſtis modis ⁊ cōſimi-
libus cōfeſſoꝛ dicat in genere Et vt
melius cognoſcas modū in genere
q̄rendi ſic q̄ras. Fili cariſſime feciſti
furtum: Si dicat. ſic. dicas. vbi q̄n.
q̄ tp̄e. q̄ ductus neceſſitate. a q̄. q̄ti-
ens Nō aūt q̄rat feciſti hoī tali i ta-
li loco hoc em̄ eſſet ſuſceptū negoci
um. Sil'r de luxuria q̄rat: vtru3 fuit
aliq̄n pollutus in coꝛpoꝛe. ſi dicat.
ſic. q̄ras an nocte vel die. Si dicat i
nocte vel in ſomno. non q̄ras vltra.
Si dicat nō in ſomno q̄ras ꝑ quem
modū. cū q̄. vl' quō. ⁊ expectes eius
rn̄ſionē. nec determines aliq̄d ſicut
q̄dā indiſcreti faciūt dicendo. feciſti
cū boue vel cū pecoꝛe vl' equo deſcē
dendo ad ſodomitica pctā: de q̄buſ
foꝛte cōfitēs ignoꝛat. Et in hoc gra
uiſſime peccat confeſſoꝛ. Nec dicat
ſm Guil'. Audio q tu habitas cu3
tali muliere. hoc eſt em̄ ſe ponere te
ſtem vel iudicē. qḋ nō dz fieri in con
feſſione ſed ea pacta dz iudicare ⁊c̄.
Veruntn̄ ſi ſacerdos foꝛte ꝓbauit
q ille foꝛte oblitus eſt aliqḋ pctm̄
quod cōfeſſoꝛi cōſtat eū cōmiſiſſe ꝑ

ſibi in memoriā reducere dicēs. Ac
cidit ne tibi aliqñ inebriari vel forni
cari in iſto anno. ꝛ ſi dixerit ſic q̄rat
p̄mo de pſona cū q̄ peccauit. an ne
ſibi attinebat. ꝛ in q̄ gradu ꝯſangui
nitatis vel affinitatis. nec eſt hoc ꝓ
dere aliā pſonā. vel aliū accuſare. ſꝫ
ſe liberare ꝛ mūdare ꝟaciter cū alio
mō expedire nō pōt. ſine expſſione
illius circūſtantie. Multū tñ caute
circa hoc pctm̄ luxurie eſt ꝓcedē=
dū ne q̄d curioſe inq̄rat de ipo confi
tēte. Vñ ꝯſulo vt cōfeſſor circa hoc
dicat ſibi. Fili mi chariſſime ego q̄=
dē verecūdor ꝛ erubeſco de talibus
materijs ipudicis inq̄rere: nec pu
tes ꝙ iſta ex curioſitate faciā cū de
eis fuiſſem libētius ſupportat⁹ opꝫ
tñ ꝙ de neceſſitate ꝓcedā more ꝛ of
ficio medici debētis curare occultū
morbū īfirmi. Itē aduertat ꝯfeſſor
ꝛ diligent̄ ꝯſideret pſone cōfitētis q̄
litatē. cuius ſtatus ꝛ cōditionis exi
ſtat. Nā ſi eſt p̄nceps. baro. miles.
nobilis vl' q̄cūq; dñs tp̄alis q̄rat ab
eo vtrū oppreſſit paupes ſubditos
ꝛ aggrauauit eos laboribus. vel iu
ſticiā facere neglexit. vel aliq̄s impē
ſiōes iniuſtas īpoſuit. Si ꝟo ē pla=
tus ſpūalis nō ē opus q̄rere d̄ negli
gētia aiaꝝ ſubditoꝝ. q2 p̄ſumitur ſi
hoc faceret ſolus diceret eo ꝙ hꝫ ſuf
ficiētē cognitionē ꝛ ſciētiā q̄ꝫtuꝫ ad
hoc. Si aūt nō cōfitet̄ de officio i q̄
eſt dicat ꝛ hortet̄ eū ꝓprio motu di=
cēs. Pater venerabilis ꝛ fili in hac
pte velitis attēdere dignitatē officij
vrī in q̄ eſtis ꝛ: in remediū pctōꝝ ve
ſtroꝝ vobis iniūgo vt habeatis dili
gētiā d̄ aiabus vobis cōmiſſis. Si
aūt eſt mechanicus q̄rat ab eo vtrū
in ſuo ope debitū eq̄tatis modū ſer
uet. aut ſi eſt mercator an aliquē de
fraudet in pōdere vel mēſura. an rē
viliorē charius vēdidit vel ad vſu=
ras pecūias mutuauit. vel ad p̄ſtitā
charius vēdidit. vel cauſam rei ven
dite nō dixit emptori ſic circa equū
defectū aliquē vl' ipam rē ſic viciatā
nō remiſſiori p̄cio vēdidit. Aut die=
bus feſtiuis ꝛ dñicis res ſuas vena=
les expōit. Iurauit tm̄ valere cū tm̄
nō valuiſſet vel iurauit ſolus emiſſe
ꝓ tanto ſi eſt tabernator q̄rat ab eo
vtrū aliqñ braſiuꝫ miſcuit diuerſis
granis. Sic apponēdo aliq̄t choroſ
tritici aliq̄t ſaliginiſ. aliq̄t ordei ꝛ vē
dens nihilominus ceruiſiā ꝓ totali
triticea. vel ſi dieb⁹ feſtiuis circa eā
laborauit. cū hoc añ vel poſt bñ poſ
ſet expediri. Vl' mēſurā minorē de=
dit in domo q̄ꝫ extra domū bibenti
bus cōmiſerat. Sic etiā q̄rat d̄ vino
ꝛ alijs liq̄ribus. Itē a iudicibus q̄=
rat ꝛ cōſulibus vtrum aliqñ ex gra=
ꝯdio timore: amore: vel p̄uato mō
iuſticiā puerterūt vel ſentētiā tulerīt
ex q̄ q̄s dānificatus eſt in rebus vel
in corpore. Vel ſi ad penā fuerūt ni
mis proni cōtra ſimplices ſentētiā=
do penā ſtatiꝫ ꝓ vno leui ꝟbo in iu
dicio. Itē a patribusfamiliaſ q̄rat q̄
hñt ſuos vl' filios vtꝝ angariauerīt
familiā diebus feſtiuis' vl' eoꝝ deti=
nēt mercedē. aut eoꝝ mala diſſimu
lauerūt. Silr̄ q̄rat a ſeruis an fidelit̄
ſeruierūt ꝛ nō ſubtraxerūt bōa dño=
rū ſuoꝝ. Itē ſi eſt ꝟgo q̄rat ab ea de
cuſtodia ꝟginitatis de pudicicia ꝟ
borū ꝛ honeſtate cōuerſatiōis. quō
ꝛ cū q̄bus ſolet cōuerſari. Si eſt vi=
dua q̄rat de deuotōe ipſius ꝛ opib⁹

pietatis. an libēter ſeruiuit pauperi
bus. vel eos viſitauit. vel tp̄alia pro
ſuo poſſe ipēdit ⁊ exhibet. ⁊ an diſſo
lute viuit ſeu delicate. Et iſti ſunt
morbi viduaꝝ ſm ap̄lum. Itē ſi eſt
cōiugata q̄rat ab ea an ſeruet cū vi
ro caſtitatē diebus feſtiuis ieiunij ⁊
aliaꝝ vigiliaꝝ ⁊ tp̄e impgnatōis. vł
etiā part⁹. Silr̄ an a marito exigat
debitū diebus feſtiuis. aut tp̄e men
ſtrui vel impgnatiōis. vel tp̄e part⁹
an etiā aliter q̄ꝫ modus nature ē vir
cā cognouit. Et ſm hoc ꝓcedat cū
q̄libet. Circa tñ viciū luxurie cauti⁹
q̄ꝫ circa q̄olibet aliud ſe regat ꝗ cir
cūſtātias neceſſarias nō inutiles et
curioſas inq̄rat. De q̄bus ſciēdum
hic eſt ſm Tho. Circūſtātiaꝝ q̄daꝫ
ſunt trahētes in aliud genus pc̄ti: vt
coire cū coniugata ⁊c̄. ⁊ has homo
tenet̄ confiteri. Quedam v̄o aggra
uātes ſunt in eadē ſpecie: ⁊ eaꝝ q̄dā
ſunt nō aggrauātes mortalit̄. ſicut
ſcia ⁊ hm̄oi. ⁊ has nō tenet̄ confiteri
q̄ ſunt q̄ſi venialia. Quedā v̄o ſūt
aggrauātes mortalit̄. ⁊ has opꝫ cō
fiteri: vt furari in ſacro loco: fornica
ri i die feſto. Uñ verſus. Aggrauat
ordo locus pc̄tā ſciētia tp̄s. Lucta
puſilla metus culpe genus ⁊ ſtatus
altus. Cōditio numerus etas ⁊ ſcā
dala ſexus. Itē q̄rat ſacerdos a pñi
tēte de alienis pc̄tis q̄ ſunt nouē v̄.
Juſſio cōſiliū cōſenſus palpo recur
ſus. Participās mutus nō obſtās
nō manifeſtās. Juſſio. i. ſi p̄cipit fa
cere malū: lꝫ ſolus nō intereſt vel cō
ſuluit alteri ſine cuius cōſilio nō fe
ciſſet tale factū vel cōſenſit facienti
bus malū. vel ipis adulatus ē lau
dādo eoꝝ factū. Uel q̄ malefacto
res habuerūt ad eū recurſū. vł ipis
participauit in maleficio. vł tacuit
nō increpādo eos vel nō deferendo
ſupiori: vel nō reſiſtebat cū poſſꝫ. vł
tenet̄ ex officio vel ñ māifeſtauit cū
debuit manifeſtare.

## De caſibus ad papam pertinentibus.

Ponendi ſunt etiā hic
caſus ad ſolū papā ꝑ
tinētes. Primus eſt
de eo q̄ verberat cleri
cū ordinatū ſi eſt leſio
enormis cū effuſiōe ſanguinis atro
ci. xvij. q. iiij. Si q̄s ſuadēte dyabo
lo. Sc̄ds eſt de eo q̄ incēdit vel fran
git eccl̄iam. ⁊ talis añq̄ꝫ denūciatur
pōt abſolui ab ep̄o. ſꝫ poſt denūcia
tionē p ſolū papā. de ſen. excō. c. cō
q̄ſti. Et idē de q̄libꝫ incēdiario poſt
q̄ꝫ publice excōicatus eſt. de ſen. ex
cō. c. tua. Tertius q̄ñ papa ſolus ali
quē noiat vel noiatim excōmunicat
tūc ſolus papa abſoluit eū de ſen. ex
cō. c. ſignificaſti. Quartus. falſari⁹
litterarū pape. vł eis vtēs ſciēter: vt
ptꝫ de falſarijs. c. dura. Quintus q̄
inſeq̄tur cardinalē de pēis. c. felicis
li. vj. Sextus. q̄ grauat iudicē ſp̄ua
lē in pſona vel in bonis vel dat licen
tiā grauādi ꝓpter hoc q̄ ſentētiā ex
cōicatiōis tulit. de ſen. excō. q̄cunq̄ꝫ
li. vj. Septimus ſi q̄s corpus defū
cti ſcideret vł coq̄ret ꝓ oſſibus trāſ
ferendis De hoc habet̄ in q̄dā extra
uagāti Bonifacij pape octaui q̄ in
cipit. Deteſtāte. Octauus. ſi q̄s inq̄
ſitor hereticoꝝ odio vel grā: amore
vel lucro cōtra iuſticiā vel cōſciētiā
omiſit cōtra quēpiā ꝓcedere. vt de

hereticis. multoꝝ. in fine. in cle. Nonus ſi religioſus abſq; licētia ſui ꝓprij ſacerdotis ſolēnizaret matrimoniū. aut mīſtraret euchariſtie ⁊ vnctiōis ſacra. Silr etiā excōicati ſunt religioſi q̄ excōicatos a canone abſoluūt in caſibus nō cōceſſis vl' contra ſtatuta ꝓuincialia vl' ſynodalia vel a pena ⁊ a culpa. Decimus ſi q̄s inſeqtur epm de penis. Si q̄s li. vj. Undecimus ſi q̄ religioſi inducūt aliquē ad vouēdū iurādū vl' ꝑmittēdū apud eos eligere ſepulturā: vel vt iā electā vlterius nō imutet. de penis. cupiētes in cle. Duodecimus. d̄ his q̄ ſacerdotē cogūt celebrare in loco interdicto. vel ad audiēdū excōicatos vocāt vl' iterdictos. vel ꝓhibēt ne moniti exeāt. de ſen. excō. grauis in cle. Tredecim⁹ q̄ ſarracēis arma ad expugnādū xp̄ianos deferūt. vel cōſiliū vel auxiliū dant in diſpēdiuz terre ſctē. de iudeis. Ita q̄rūdā.

## Caſus epiſcopales nunc ſequuntur.

Caſus vo epi q̄ notant̄ p Jo. an in. iij. glo. ſi eps. de peni. ⁊ re. li. vj. ſūt iſti. Primus abſoluere excōicatos maiori excōicatiōe. vt de ſen. excō. nup. Scd's. iponere pn̄ias blaſphemātibus nomē dei ⁊ ſctoꝝ ei⁹. de clericis maledicis. c. ij. Tertius abſoluere ſacrilegos. d̄ ſacrilegijs. c. ij. Quartus. cōmutatio q̄rūlibet votoꝝ. de voto ⁊ voti redēptōe. c. j. Excipit̄ tn̄ votū terre ſctē. Quit⁹ depoſitio male ablatoꝝ icertoꝝ vl' etiā certoꝝ qn̄ nō exiſtūt iſti q̄bus faciēda ē reſtitutio. de iudeis. cū ſit. Sextus. pn̄iam iponere illis q̄ matrimoniū clādeſtie cōtraxerūt. vl' cōtra iterdictū eccl'ie. vt de matrimonio ꝯtra iterdictū ecclie ꝯtracto. i cle. c. j. ⁊ vl. Solēt etiā reſeruari epis pn̄ie oim publicāoꝝ ⁊ oppſſoꝝ pueroꝝ ex ꝓpoſito vl' caſu. Itē homicidiū vl' falſū teſtimōiū. falſarij iſtrumētoꝝ. Itē piurus. iceſtus. corruptor monialiū. vl' coeūtes cū brutis. ⁊ his ſilia. Et breuit̄ itelligas q ꝗttuor ſūt caſus de iure epales. ꝓut determiat bn̄dict⁹. xj. Primus eſt. occiſor clerici. ppt̄ qd icurrit irregularitatē Un̄ eps pōt abſoluere clericū ab homicidio: ſz nō ab irregularitate. vl' pōt abſoluere clericū a pctō q̄ celebrauit i eccl'ia iterdicta ſz n̄ pt abſoluere ab irregularitate ide ꝯtracta. Scd's d̄ icēdiarijs qd tn̄ itellige anq̄z ſint publicati. Tertius. vbi ē idicēda ſolēnis pn̄ia Quartus vbi q̄s icurrit maiorē excōicationē. Idē aūt papa declarat q̄nq; caſus eē epales de ꝯſuetudie approbatos. pm⁹ ē homicidij volūtarij. ſcd's falſarij. Terti⁹ violatorz eccl'iaſtice libtatis. Quartus violatoris eccl'iaſtice emūitatis. qnt⁹ ſortilegi ⁊ diuinatoꝝ vt. xxvj. q. j. c. j. ⁊ icipit ſua bulla i q̄ p̄dicta d̄clarāt̄. int̄ cūctas ⁊ renouata ē iteꝝ p ꝯciliū viēnēſe i cle. dudū d̄ ſepulturis. Ultra āt hos caſus pn̄t epi reſuare ſibi alios ꝓut videbit̄ eis expedire. Sz vt oīs tollatur ābiguitas ponā caſ⁹ tā de iure q̄z d̄ ꝯſuetudie ad epm ptinētes. vt ſunt iſti homicidiuz. ſacrilegiū. inceſtus filiorum oppſſio. coitus cū moniali. Itē mulier coiens cum religioſo vel ſacerdote. Item vulnerans pa

trem vel matrē. Itē deflorās virgi-
nem vi oppſſam. Itē baptizans ꝓ-
priam filiā ſine neceſſitate. vł tenēs
eā ad ꝯfirmationē. Itē fractoꝛ voti
ſimplicis. Itē cōtrahēs votum ſim
plex caſtitatis. Itez intrans religio
nē inuita vxoꝛe poſt copulā carnis.
Itē hereticā prauitatē tenens q̄ ad
pctm̄ tm̄ Silr ſymoniacꝰ q̄ ad pctm̄
tm̄: qꝛ irregularitas hmōi ptinet ad
papam. Itē celebrās corā excōica-
tis ſolēniter in eccłia q̄ ad pctm̄ tm̄.
ſed q̄ ad irregularitatē ptinet ad pa
pā. Itē pꝛomotus p ſaltū ad ſacros
oꝛdines. Item oꝛdinatus ab alieno
epō ſine licentia ꝓprij. Itē luxuriās
in eccłia cōſecrata Itē colens cū iu
dea vel pagana. Itē cōcipiēs a non
viro ſuo quē vir credēdo filiū ſuū cō
ſtituit eū in heredē in p̄iudicium ali
oꝝ. Itē ꝓcurās aboꝛſum vel ſterili
tatē in ſe vel in alio. Itē cōtrahens
ſpōſalia p̄ter matrimōiū cū aliq̄ ma
rito interpoſito cōtracto. Itē ſciēter
celebrās in eccłia iterdicta q̄ ad ab-
ſolutionē pctī. ſed q̄ ad irregularita
tē ad papā. Itē ſoꝛtilegus . incanta
toꝛ. necromāticus. experimētatoꝛ.
Itē ſcienꝭ excōicatos ꝛ manifeſtos
interdictos: vel etiā vſurarios ſepe-
liēs. Itē clādeſtine matrimoniū cō-
trahēs. Itē blaſphemus dei ꝛ ſctō-
rū. Itē incendiarius. Itē piurus. ſo
domita adulter. Itē foꝛnicans cū fi
lia quā baptizauit vel ad cōfirmati
onē tenuit. vel audiuit cōfeſſionem
eiꝰ. Itē celebrās in altari nō cōſecra
to. Itē celebrās ſine ſacris indumē-
tis. vel omittens aliqđ indumento
rū: vt ſtolā vel manipulū. Item cele
brās nō ieiunus. Hoꝝ aūt peniten-
tie ponunꝭ taxate inferius particu-
latim. Alij ꝟo caſus p̄ter iſtos ſunt
de auctoꝛitate plebanoꝝ.

## De ſatiſfactione q̄ eſt tertia pars penitentie.

Eſt aūt ſatiſfactio ꝫ
beatū Tho. ſup. iiij.
di. xv. q. j. ar. iij. iniu-
rie illate recōpenſatio
ꝫ iuſticie equalitatez
vel q̄titatē Et intellige eq̄litate p
poꝛciōis ꝛ nō q̄titatis. Silr Auꝭ. i
li. Cur deus hō diffinit ſatiſfactionē
dicēs. Satiſfactio eſt deo debitū p
ut eſt honoꝛez impēdere. ſ. rōne cul-
pe commiſſe Et iſte diffinitiōes ſūt
ſatiſfactiōis ꝓut eſt medicina p̄teri
toꝝ pctōꝝ ꝛ p̄ſeruatio futuroꝝ: ſed
ꝓut eſt p̄ſeruatio a culpa diffiniꝭ ſic
ꝫm Auguſti. Satiſfactio eſt cauſas
abſcidere pctōꝝ ꝛ eoꝛum ſuggeſtio-
nibus aditū nō indulgere. Circa qđ
ſciēdū ꝙ lz ꝫm Bonauentu. vbi ſ̄ ſi
ne charitate nō poſſet ſe hō pꝛepa-
rare ad habendā charitatē ꝛ facien
dam ſatiſfactionem. ex q̄ impoſſibi
le eſt ſine ea deo placere ꝛ opa eius
acceptari a deo. ideo nec ſatiſfactio
ſine tali grā eſt poſſibilis. Itē cōſu-
lendū eſt penitentibus ꝙ eoꝝ peni-
tentiā ipſis iniūctā ſine moꝛtali pec
cato compleant: qꝛ alias deus ab
eis exigit penā. Nā ſatiſfactio facta
in pctō moꝛtali ꝛ ſi ſoluit penam de
bitā. nō tn̄ mereꝭ gratiaz vt dicit do
ctoꝛ ſubtilis vbi ſupꝛa. q. i. ſcđo pn̄-
cipali arti. iiij. Sed ſi q̄ras vtrū hō
pagens pniam in pctō moꝛtali iteꝝ
facta cōfeſſione đ illo peccato moꝛ
tali dꝫ peragere de nouo vel denuo

iſtā pniam iam pactā. vel an reuiuiſcat ⁊ valere incipiat illa pnia ſic peracta in pctō mortali. ex q̄ iam poſt cōfeſſionē ſcdam erit in charitate et grā. In hoc ſunt doctores diuerſi. Nā ſctūs Tho. prima facie dicit ꝙ nō viuificant. nec valēt ad ſatiſfactionem illorū pctōꝝ ꝓ q̄bus aguntur. nec etiā ad meritū vite eterne. Dicit tñ ꝙ ſatiſfactiones ille q̄ relinquunt poſt ſe effectū poſtq̄ȝ actus trāſit nō opȝ ꝙ reiterent̄ vt ieiuniuȝ dimittit poſt ſe debilitationē corporis. Elemoſina relinq̄t poſt ſe diminutionē ſubſtātie. Ille vero q̄ non relinquunt poſt ſe effectū opȝ vt reiterent̄. vt eſt orō Ex his ptȝ ꝙ q̄ ieiunāt ꝓ pctīs exiſtētes in mortali pctō nō debent vltra ieiunare vel elemoſynā dare ſi q̄ orant in pctō exiſtētes tenent̄ repetere horas ⁊ ſupplere eas. Et iſtam opinionē approbant doctores. Doctor tñ ſubtilis fauorizat peccatoribus dicēs. ꝙ q̄ vere penitet ⁊ recipit ſatiſfactionē cōdignā ſibi ab eccl'ia īpoſitā claue nō errāte q̄ȝtūcūq̄ȝ peccet poſtea ⁊ recidiuet nūq̄ȝ tenebitur niſi ad illā vnicā ſatiſfactionē adimplēdā. Et ſi eā īpleat ī charitate melius eſt q꞉ nō tm̄ ſoluit penā: ſed etiā meret̄ grām. Sed ſi īpleat pniaȝ volūtarie extra charitatē: ſoluit q̄dem penā ſed nō meret̄ grām: q꞉ nō eſt ſatiſfactio recōſiliās neq̄ȝ placās. Vñ ſubdit ꝙ ſi hō magnā partem ſatiſfactiōis adimpleuit in mortali peccato ⁊ poſtea iterū peniteat de pctō nouo nō eſt iterato imponenda penitentia ꝓ pctō primo de q̄ ſatiſfecit. licet extra charitatem. ſed tm̄ de nouis pctīs q̄ fuerūt cauſa ꝙ iſta ſatiſfactio fuit mortua. Et hāc determinationē ſeq̄tur Johēs pariſieñ ibidē. q. v. dicēs ⁊ dans huius dictirōnem ſatis pulchrā. Quia ex q̄ extra charitatē ſufficit ſatiſfactio voluntaria ad pniam pcti multo magis ſatiſfactio voluntaria dȝ ſufficere. Exemplificat ipſe. Si alicui offendēti regē offenſe regis correſpōdeat pcīſe ſm legē manus abſciſio ſi iſti inuito abſcinderet̄ manus ſatis patit̄. ⁊ intantū ſufficit regi ꝙ ſcȝ iuſticiā nō dȝ vlteriorē penaȝ exigere. ⁊ tñ nō recipit eū in grām vel amiciciaȝ. Multo aūt magis ſufficeret ꝓ punitione culpe ſi aliq̄s ſibi debitā penā infligeret. lȝ non eſſet in grā vel amicicia illius iudicis offenſi. Ex q̄ ſequit̄ ꝙ ſi talis ꝓpter nouū pctm̄ damnaret̄ anteq̄ȝ cōpleuiſſet totā penitētiā ſibi impoſitā puniret̄ in inferno tpalit̄: pena ſibi correſpōdente q̄ nō fuit hic ſoluta ⁊ poſt tempus aliq̄d nō puniret̄ amplius tali pena: ſicut dicimus d̄ veniali: quia moriēs in veniali ſimul cū mortali nō puniret̄ eternaliter ꝓ veniali: ſed tpalit̄. ꝓ mortali vero eternalit̄. Hec doctor ſubtilis. Sunt autē tria opa ſatiſfactoria. ſ. elemoſyna. ieiuniuȝ. ⁊ orō. Per ieiuniuȝ intelligunt̄ oīa carnē affligentia. vt ſunt macerationes. afflictiones flagellatiōes ⁊ peregrinatiōes. Per elemoſynaȝ oīa opa miſericordie corporalia. ꝑ orōnem oīa opa ſpūalia miſericordie. ꝑ ieiunia hō reuocat̄ a cōtupiſcētia carnis ꝑ elemoſynā a cōcupiſcentia oculorum ⁊ ꝑ orationem a ſuperbia vite. per ieiunium ordinatur homo ad ſeipſum. per elemoſynaȝ ad pro-

ximum. ꝛ p orationem ad deū. Per ieiunium fit ſatiſfactio de bonis corporalibus. p elemoſynam de bonis tpalibus. ꝛ p orōnem de ſpūalibus Licet aūt ſingula iſtoꝝ cū ſingulis pctis appropriēt ꝑpter cōuenientiaz. tū qđlibet illoꝝ ꝑ quolibꝫ pctō ſatiſfacere pōt ſm Tho. Dicit em̄ doctor ſubtilis. q. j. ſcđo principali ar. xxx. ꝙ talis correſpondētia nec eſt de congruo: nec de neceſſitate in ſingulis caſibus ſicut ptꝫ in paupibus. Nec pauperi eſt cōgruū nec neceſſariū iniungere aliqđ iſtorū ſi eſt inſufficiēs ad ea. vt ſi eſt paup ꝗ nutritur labore ꝛ ꝗ die nō laborat carꝫ victu. ꝛ ſi ieiunaret impotēs redderet ad laborez. nec orationi vacare pōt labore laſſatus. vel a fortiori. nec elemoſynis. iſti iniungēdū eſt vt iſtum laborē ſubeat in remiſſionem pctōꝝ intēdēs illū ad hūc finē referre ſaltē quouſqꝫ occurrat ſibi opportunitas aliquā aliā ſatiſfactionē ſoluēdi. Ex hoc dicto habes ꝙ hō peccator libēter ſuſtinēs defectus tpales ꝛ labores a deo in eum ꝑmiſſos vel tribulationes ſatiſfacit p illa ꝑ pctis. ex ꝗ eis cōſentit: ꝛ aliter ſatiſfacere vel penitere nō pōt. Ita dicit Tho. vbi ſupra diſt. xv. q. iiij. ar. ij. Et hoc etiam ſepius eſſet ꝑdicādū pauperibus ꝛ defectuoſis. ne deficerent ꝛ deſperarent de pctis vidētes ſe impotentes ad peragendū penitentiam eis iniunctā. Similiter diues ꝗ lapſus eſt pctō carnis ſi adeo dlicatus eſt ꝙ nō velit ieiunare nec macerationē carnis ſubire. vel preſumptio eſt ꝙ ſi ſibi īponeret abijceret eam ꝛ ita iam nouo pctō peccaret iudicandus eſt ad orōnez vel elemoſynā. ꝛ imponendū eſt ei qđ libēter accipit. ꝛ qđ credit ꝑſeuerantius adimplere. immo ſi nullā vellet accipere pñiam ꝛ haberet diſplicētiā de pctō ꝛ firmū ꝓpoſitū non peccandi vel abſtinēdi. nō eſt remittēdus vacuus: ſꝫ abſoluendus. ne cadat i deſperationē ſꝫ intimāda eſt pñia ei ꝗ eſt ꝓ pctis illis imponēda: ꝛ ꝙ eā in ſe vel in equalēte ſtudeat adimplere alioqn ſoluet ad plenū in purgatorio. Hec ſentētia ſatis cōſonat dicto xpi. Math. xij. ꝛ Iſa. xlii. vbi dicit. Arūdinē qſſatā nō cōfringet: et lignū fumigās nō extiguet Arūdo qſſata eſt pctōr qſſatus tentationibus ꝛ pctis. ꝛ lignū fumigās eſt lignuz nimis humidū: tū habēs aliqđ de igne charitatis. hoc extinguit ꝑ duriciā ſacerdotis: ſꝫ cum ad aliqđ minus difficile obligat tūc nō extinguit ſed dicat ſibi ꝙ oportet eū hic vel ibi penā ꝑſoluere. ꝛ ꝙ faciat tantā pñiam ꝗtā hic dꝫ ꝓ pctis reddere. alias acrior alibi ab eo exigetur Hec Scotus. Dicit Pe. de tharā. di. xv. ꝛ Tho. ibidē. q. iij. ꝙ alter ꝓ altero pōt ſatiſfacere ſi eſt i charitate qn̄ ille cui iniuncta eſt pñia eā explere cōmode nō pōt. ꝛ hoc ꝗtū ad abſolutionē debiti: ſed ꝗtū ad exciſionē cauſarū ꝑcedentiū: ꝛ inꝗtum penitētia eſt medicina ꝓ pctis vnus non pōt ſatiſfacere ꝓ altero. Dicit tamen Thomas ꝙ nullus debet ꝑmittere ſatiſfacere per alium niſi appareat defectus corporalis vel ſpiritualis. per quem nō ſit promptus ad portandum onus pñie. Dicendum eſt ergo his qui ſatiſfactionez

per ſe aliis imponūt. q ſi ambo negligentes fuerint ambo punientur vnus pro peccato proprio. alter pro obmiſſa ſatiſfactione ad quaȝ ſe obligauit.

## De penitentiis iniungēdis ſecundum canones.

Reſtat nūc de penitentiis iniūgendis ſm canones taxatis. Circa qđ pncipaliter ē vidēdum q lȝ pñie ſint arbitrarie vt dicetur infra. tñ in publicis pctis ſeruande ſunt taxate per canones lȝ debeat haberi reſpectus ad circūſtantias criminis ⁊ ad quātitatem ⁊ qualitateȝ pſone: dignitatem officiū: paupertatem: debilitatē: ⁊c. Ut tñ nō ignoremus penitētias taxatas cū tps incurrerit iponēdas notande ſunt aliq regule q canones penitentiales ab aliis appellantur. Primus canō q pro quolibet mortali pctō pnia ſeptē annoꝝ eſt iniungēda. vt. xxxiij. q. ij. c. hoc ipſum ⁊. c. ſequēti. ⁊. xxij. q. j. c. pdicandū. in glo. ⁊. lxxxij. di. pſbyter. Et rō eſt q ſicut per pctm̄ mortale ſeptiformeȝ gratiā ſpūſcti amiſimus. ſic etiam eas p ſeptē ānos requiramus. Hoc tñ veruȝ eſt p publico ⁊ graui pctō penſatis circunſtantiis. Secundus ſi preſbyter fuerit publicus fornicator decem annis peniteat incluſus: ſacco indutus tribus menſibus cōtinuis a veſpera ad veſperam pane ⁊ aqua vtatur: exceptis diebus dominicis ⁊ feſtiuis. quibus annis expletis poteſt eum epiſcopus ad priſtinum reuocare ſtatuȝ de quo multum habetur. lxxxij. di. c. preſbyter quod nō ſcripſi ppter tediū eoruȝ q in hoc ſunt remiſſi ⁊ potius ad penā proni. Tertius. ſacerdos cognoſcens filiā ſpūalem. ſ. quam baptizauit vl̄ cōfeſſionē audiuit: duodecim annis peniteat. eps vero. xv. annis peniteat. Mulier vero ſi eſt ſoluta tradēda eſt religioni rebus ſuis pauperibus erogatis. xxx. q. j. Si quis ſacerdos. Et ſic ptȝ vt dicit gloſa i capitulo pdicto q magis peccat ſacerdos cognoſcēs filiam ſpūaleȝ q̄s alterius vxoreȝ: quia per hoc imponitur penitentia. xij. annoꝝ. Quartus ſi quis contra naturam peccat ſi cleric9 ē deponit vel ad religionē recluditur. ſi laicus excōicatur donec peniteat. Penitētia aūt ſua eſt ſeptē annoꝝ. Et idem eſt p inceſtu. xxxiij. q. ij. hoc ipm. ⁊. c. ſequenti. Quintus ſacerdos q intereſt clādeſtinis nuptiis ſine bānis tribus annis ſuſpenditur. de clandeſtina deſponſatione. Cū inhibitio. c. j. Sextus. Si qs votum ſimplex violauerit ſcilicet quia promiſit in ſecreto vxorem non ducere vel coram aliqbus ſociis. ⁊ poſtea duxit: tribus annis peniteat. xxvij. diſt. ſi vir. Septimus. ſi quis excommunicatus celebrat tribus annis feria ſecunda quarta et ſexta a potu alias vino et a carnibus debet abſtinere. xj. q. iij. de illis. Octauus. Qui alium iniuſte accuſat ad mortem ſepteȝ annis peniteat ſi vitā pdiderit. Si vo mēbrum p tres annos peniteat. vt de accuſationibus ca. accuſaſti. Nonus. Qui filiam ſuam ſpūalem vel commatrem cognoſcit per ſeptem

ãnos peniteat.xxx.q.iij.nõ oportet Decimus. Si quis deſponſatã alij duxerit eã dimittat ⁊.xl.dieb⁹ in pane ⁊ aqua ieiunet ⁊ peniteat p.vij.ſequẽtes annos de ſpõ.duorꝫ accepiſti. Undecimus Qui cognoſcit duas cõmatres vł ſorores ſeptẽ annis peniteat.xxx.q.iiij. Si pater. Duodecimus.Homicida volũtari⁹ ſine ſpe reſtitutiõis deponaꝶ ⁊ ſeptez annis peniteat.l.diſt.miror. Si ẽ caſualis p quinqꝫ annos peniteat.l.di.c.ſi q̃ ⁊ c.ſi qs.⁊.c.eos. Et hec oĩa intelligas ſi potuit euadere homicidiuz ⁊ nõ euaſit. Nã qui ſe ⁊ ſuas res liberando fures q̃ capi nõ poterant occiderit:penitẽtiaz agere nõ teneꝶ niſi voluerit. Si tñ hoc facit i neceſſitate euitabili:duos annos peniteat di.l.de his.lz ſi eẽt ineuitabilis i nullo ei imputareꝶ.l.di.Q2 te qꝺ tñ ẽſt verꝫ quo ad pctm̃:ſed quo ad cautelam ⁊ innocẽtiam ſuã eccłie oñdẽdaz bonũ eſt penitere de homicidio c.ij.§.fi.xxxiiij.q.ij.In lectũ.xxxiij q.iij.excõicatorꝫ. Si qs tñ in ſtulticia vel infirmitate vel furioſitate occidit:nõ iputaꝶ ei.iij.q.ix.Iudicas.xv.q.j.aliquos.⁊.c.illa.⁊.c.ſi quis. Si autẽ cã diſcipline ſicut magiſter ſcolariũ icaute occidit iputaꝶ ei ⁊ deponiꝶ ſi eſt ſacerdos. de homicidio preſbiterorꝫ.xv.q.v.ſi qs nõ iratus. Sed ⁊ qs ligatũ latronẽ iterficit deponitur. de homicidio ſuſcepimus Tredecimus. Matrẽ occidẽs decez ãnos peniteat ẜm formã ſatis aſperam que poniꝶ.xxxiij.q.ij.latorem vbi dicitur ꝙ primo anno eccleſiaz nõ intret ſed ante fores eccleſie oret. Poſt annũ vero intret eccleſiã ſtãs inter audiẽtes.⁊ nõ cõicet niſi cõpleto termino oblationes ei⁹ nõ volũtarie accipianꝶ niſi poſt ſeptẽ ãnos Et per hos decem annos nõ comedat carnes:nec potũ ałs vinũ bibat exceptis diebus dñicis ⁊ feſtiuis diẽbus a feſto paſche vſqꝫ ad feſtũ pẽthecoſtes. Et nõ vadat alicubi niſi pedeſter feria ſcꝺa quarta ⁊ ſexta ieiunet:ſed tñ non ſeparatur ab vxore propter piculũ adulterij. Decimuſquart⁹. Uxoricida oib⁹ dieb⁹ qb⁹ penitet non dꝫ vti carnib⁹ nec potu ałs vino.niſi in paſcha ⁊ natali dñi. in pane ⁊ aq̃ ⁊ ſale:vigilijs orõnib⁹ et elemoſinis pñiaz agat arma non ſumat.vxorẽ nõ ducat. balneo non vtaꝶ.cõuiuiũ letantiũ non intret. in eccłia poſt oſtiũ ſtet. nõ cõicet i vita ſed i morte tm̃: vt ptz.xxxiij.q.ij.admonere. Et intellige ꝙ maior penitentia ẽ vxoricide q̃ꝫ matricide nõ q2 maius ẽ pctm̃ vxorẽ occidere q̃ꝫ matrez:ſꝫ q2 ꝓniores ſunt hoĩes ad occidẽdum vxores q̃ꝫ matres ⁊ iõ vt retrahanꝶ grauior eis pena iiugiꝶ.ar.xxxiij.q.j.Nõ afferamus. Decimuſquit⁹. Iugulãs volũtarie puerꝫ ſuũ dicit. Ray.ꝙ talis dꝫ i monaſteriũ induci.ſi non habet alios pueros ⁊ vxorẽ grauior ei debet imponi pñia ſcꝫ ſeptẽ annorum. Cũ autem ex negligentia iugulant eũ parentes: ita ꝙ ponũt eum in lectum ſuũ ſanum. et poſtea inueniũt eum mortuũ tribus annis peniteant quorũ vnus annus eſt in pane ⁊ aqua oĩb⁹ ferijs q̃rtis ſextis ⁊ ſabbatis. alij duo ieiunando feriam quartaz ⁊ ſabbatum ſed ſextã in pane ⁊ aq̃. de his q̃ occidunt filios.ca.j.⁊.ij. Decimuſ

ſextus. Periur⁹.xl. dies ieiunando in pane ⁊ aqua per ſeptez annos peniteat.vj.q.j.q̃cū ꝗ. Decimuſſeptimus falſam menſurā habens. xxx. diebus peniteat in pane ⁊ aqua.de emptione ⁊ venditione:vt menſure. Decimuſoctauus q̃ deuotā vel monialez cognouit.x. annis peniteat: ⁊ ipſa ſimiliter.xxvij.q.j.ca. de filia et.c.deuotā. Decimuſnonus. Preſbiter cantans miſſam ⁊ nō cōmunicans anno vno penitere debet: ⁊ interim a celebratione miſſe ceſſabit. de ꝯſe.diſt.ij.relatū. Uigeſim⁹. Sacerdos q̃ laicū mortuū cum palla altaris inuoluit decez annis ⁊ quinꝗ menſibus peniteat.dyaconus vero trienio ⁊ dimidio ſine ſex menſibus peniteat de ꝯſe. di.j.nemo. Uigeſimuſprim⁹. Sacrilegus violans eccleſiaz ſeptē annis peniteat.xij.q.ij de viro. Et primo anno añ cimiterium qͦd violauit cōſiſtat. Scḋo āno ante fores eccl'ie. Tertio anno in eccleſia. Et p hos tres annos carnes non comedat:⁊ potū al's vinū nō bibat niſi in paſcha ⁊ ĩ natali dñi. nec cōionez accipiat. In q̃rto āno cōicabit ⁊ tunc q̄nto ⁊ ſexto vſꝗ ad ſeptimū annū feria ſcḋa quarta ⁊ ſexta a carnib⁹ ⁊ a potu abſtineat. Uigeſimuſſcḋs. Parētes frangētes ſponſalia filioꝶ p trieniū ſeparent̄ a cōione ⁊ filij ſimiliter ſi in culpa ſūt.xxxj q.iij.ſi q̃ parentes. Uigeſimuſtertius Qui ducit illā ad matrimoniuz quā pri⁹ polluit p adulteriū q̄nꝗ annis peniteat.xxxj.q.j. Si q̃ vidua. Uigeſimuſq̃rt⁹ Blaſphemās dꝫ p ſeptē ebdomadas agere pniam ſm formā q̃ tradit̄ de maledicis.ca. ſtatuim⁹. Uigeſimuſquitus ſacerdos denudās ꝯfeſſionē alicui⁹ v̄bo vel facto vel ſigno ⁊c. de quo infra dicetur:⁊ habet̄ de pe.diſt.vj. ſacerdos. Uigeſimuſſext⁹ Periur⁹ ſi liber eſt xl.dieb⁹ p ſeptē ānos ĩ pane ⁊ aq̃ peniteat. Si ſeru⁹ trib⁹ ānis xxij.q.v. qui cōpulſus. Uigeſimuſſeptim⁹. Qui ꝑiurat in man⁹ epi p tres ānos peniteat. Qui v̄o in manu cōſecrata vno āno peniteat. Qui v̄o coacte neſciēs eſſe tā graue pctm̄ trib⁹ q̄dragеſimis peniteat hoc ē trib⁹ annis quolibet anno q̄dragіnta dies xxij.q.v.q̃ cōpulſus. Sed q̃ ſcienter iurat vel aliū iurare pmittit q̄dragita dies peniteat in pane ⁊ aq̃:⁊ ſeptē ſequētes ānos ⁊ ſimiliter cōſocij ſui xxij.q.v. Si q̃s ꝑiurauerit.⁊. ca. ſi q̃s conuictus. Uigeſimuſoctau⁹ Diſcrepās a cōſuetudine metropolitane eccl'ie in horis canonicis ſeptem menſibus cōmunione priuetur ſi ex cōtēptu hoc faciat diſt.xij.c. de his Uigeſimuſnon⁹. Sortilegus quadraginta dieb⁹ peniteat. de ſortilegijs c.j.⁊.c.ex tuaꝝ. Qui aūt aſpicit aſtrolabiū vno peniteat anno.ibidez. Trigeſim⁹. Interſector preſbiteri duodecim annis peniteat.vt.c. ij.de pe.⁊ re. Trigeſimuſprimuus. Incendēs domū totū damnū reſtituat.⁊ tribus annis peniteat eodez ti.c.ij.⁊ de iniurijs ⁊ dāno dato.ca. ſi q̃s domū. Trigeſimuſſcḋs Communicās hereticū neſcienter annuz peniteat ſcienter quinꝗ ānis. Permittens autem hereticum cantare neſcienter miſſam:quadraginta diebus. Si autem in ſubuerſionem fidei tanꝗ hereticus damnatur niſi

decē annis peniteat. Si quis receſ-
ſerit ab eccleſia ad hereticos fugiēs
xij. annis peniteat ſm formā. xxiiij
q.j. Si quis dederit. Trigeſimuster
tius. Qui neſciēter cognoſcit duas
ſorores vel matrē ꝛ filiā. vel amitā
et neptē ſeptem annis peniteat. Si
ſciēter perpetuo carebit coniugio.
xxxiiij.q.vnica.ſi quis. Trigeſimus
quartus.cū bruto coiens pluſq̄ ſe-
ptē annis peniteat: ꝛ idē ꝓ inceſtu
xxxiij.q.ij.hoc ipm.ꝛ.c.ſeq̄nti. Tri-
geſimusquitus. Patron⁹ res eccl'ie
dilapidans vno āno peniteat.xvj.q
vij.filius Trigeſimusſext⁹. Qui iu-
rat pacem nō facere cū ꝓximo. vno
āno peniteat ꝛ ad pacē redeat xxij.
q.iiij.ꝙ ſacro. Trigeſimusſeptim⁹.
Bis baptizatus vel bis ꝯfirmatus
ſeptē annis peniteat q̄rtā ꝛ ſextam
feriā in pane ꝛ aq̄ ꝛ coget fieri regu-
laris. de ꝯſe.di.iiij.ꝙ bis.ꝛ ca.dictū
ē. Sūt plures alij caſus ꝙ apd nos
nō currūt. Et iō de illis nihil poſui.
Hi aūt intelligēdi ſunt de penitētia
publica ꝛ ꝓ pctō publico. Circa qd
ſciendū ꝙ licet illa pnia ſit taxata a
canonib⁹ pro manifeſtis pctis ita ꝙ
nullomodo licet aliā iponere vel va
riare tñ eps d his diſpenſare pōt ex
cauſa rationabili inſpectis circūſtā
cijs pſonaꝝ. vt dicit Leo papa. Pe
nitudinis tpa ꝯſtituēda ſunt tuo iu
dicio ſm ꝙ ꝓſpexeris aios cōfiten-
tiū eſſe deuotos. xxvj.q.vij. Tpa.
ꝛ.ca.ſi hoc. Idē dicit Hyero. de pe.
di.j.menſurā. Et iō dico de occultj
peccatis ꝙ ptinent ad ſimplices ſa-
cerdotes ꝙ vbicūq̄ inueniant taxa
tam pniā per canones non mutent
eam ſine cauſa ita tamen ꝙ nō pro-
dant per eam pctōres. ſm hoc intel-
lige illud quod cōiter dicit. ſed ma-
le intelligit ꝙ penitētie ſunt arbitra-
rie. de pe.ꝛ.re. deus qui. ꝛ de ſortile-
gijs.ca.ij.glo.ij. vbi dicitur ꝙ peni-
tentie tps arbitrarium eſt. quod in-
telligit glo. vltra illud quod iā ius
taxat. ꝛ ſi ius taxauit vnum annum
penitentie ꝛ delictū exigit plus hoc
eſt ad ſacerdotis arbitrium conceſ-
ſum. Idē dicit de cle.excō.latores.
Et dixi notanter ꝙ ſine cauſa non
debet per quecūq̄ ſacerdotē muta
ri penitentia taxata. q2 ex cauſa po-
teſt bene moderari per ſimplicē ſa-
cerdotē ꝙ diſpēſare poteſt cōtra ca
nones taxātes talem pniā. vt de iu
dicijs. At ſi clerici. in glo. ſuper ver
bo de adulterijs vt ibidem notant.
doctores. Pro iſto tamen ſciendū
ꝙ hodie multi ſumpſerūt occaſionē
erroris ex iſto dicto quo dicit. peni-
tentie ſunt arbitrarie ꝛ ſm arbitriū
ſacerdotis imponēde. Et ideo pro
meliori iſtius dicti intelligentia ad-
uertendū ē ꝙ ſicut dicit ſctūs Tho.
ſuper.iiij.di.xix.q.iij.ar.iiij. Si ꝗs
preter motū principalis agentis vti
ſua poteſtate preſumpſerit nō conſe
quitur effectū ſm Dyoniſium. ꝛ ꝓ-
pterea talis ab ordine ꝛ officio diui
no auerteret ꝛ culpā incurreret. ver-
bigratia ſi miniſter medici aliter ad
hiberet medicinā egroto q̄ ꝓcepit
medic⁹ grauiter talis offenderet me
dicum: ꝛ etiā egrotum. Et q2 peni
tentie ſatiſfactorie ſunt medicine ꝓ
pctis infligēde. Vñ ſicut medicine i
arte determiate, nō oib⁹ cōpetūt ſed
variāde ſunt ſm arbitriū medici nō
ꝓ ꝓpriā volūtatē ſeq̄ntis. ſꝫ artē medi

cine. ita pene ſatiſſactorie determia
te i canone nõ cõpetūt oibꝰ. ſʒ varia
de ſunt ſm arbitriū ſacerdotis diui
no iſtinctu reglatū. Hec Tho. Ui
de ergo qcūq; iudicas ſm caput tu
uz iniūgēdo pnias nõ taxatis debi
tis circūſtātijs. qr i magno piclo es
decipiēs te ⁊ cõfitētem ſi arbitraris
aliter pniaʒ q̄ʒ ſpūſſctūs eā dictauit
illi ꝯfitenti iponēdā. Uñ dicit ſctūs
Tho. di. xx. q. ij. ar. ij. q̄ qlitercunq;
hēat ſe ſacerdos vel diuertat ſe i offi
cio ſacroꝝ nihilominꝰ pctõr pma
net reꝰ ad q̄titateʒ eiuſdē pene. Et
iõ ſi eā hic nõ explet exiget ab eo in
purgatorio. Sacerdos tñ diſcretus
vt dicit idē penā iponēs minorē eti
am ex induſtria plꝰ pdeſt cõfitēti q̄ʒ
nocet: qr forte a magnitudine pene
poſſet a penitētia agēda impediri.
qr diuinus amor q̄ in eo icipit pau
latiʒ ꝯfortaɫ excitabit eū poſtea ſpō
te ⁊ ppria volūtate ad plura opa mi
ſericordie q̄ʒ ſacerdos ipoſuit. Sed
circa hoc ſit ſacerdos cautꝰ vt tunc
hoc faciat qñ pſumit de cõfitente vt
hoc faciat. Uideat ergo ſacerdos ⁊
caute pſpiciat q̄ vbicūq; pena a iu
re expreſſa ē nõ omittat eā impone
re: niſi neceſſitas vl' alia cauſa rõna
bilis aliud ſuaderet vbi autē nõ eſt
pena a iure impoſita et expreſſa ibi
arbitrio ſuo eaʒ ſtatuat ſm q̄ vide
rit expedire. nā ex cauſa põt eaʒ ag
grauare vel mitigare. vt dicit glo. de
pe. di. j. mēſurā. Ad ideʒ facit Arch.
l. di. de his. Sʒ forte quereres quid
ſi nunq̄ʒ arbitratus ē ⁊ minorē penā
imponat q̄ʒ debeat. nunquid ille cõ
fitens ſecurus eſt vel an reſiduuʒ exi
getur ab eo i purgatorio. Ad quod
reſpondeo ſm glo. iij. de peni. diſti.
j. menſuram. q̄ ſi eſt eius ordinariꝰ
iudex ſiue ſacerdos parrochialis. ⁊
facit hoc animo diſpenſandi ſufficit
illa penitētia modica ad delendum
pctm̄. Si autem per errorem eſt im
poſita ⁊ tamen ab illo penitēte cre
debatur peritꝰ ſufficit illa minor pe
nitentia ad pctm̄ delendū: dūmodo
penitens qui eā recipit maiorem ſu
ſcipere eſt paratus ſi ſibi imponere
tur. de pe. di. j. Quem penitet ꝛc. ſed
qui. Si aūt credebat eum imperitū
in culpa eſt penitens aut ꝯfitens: qr
peritiorem non reqſiuit. Et hoc eſt
cõtra illos qui impetrāt licentiā ꝯfi
tēdi alibi a ſuis plebanis: ⁊ ꝯfitenɫ
imperitis ſacerdotibꝰ vl' monachis
ad hoc nõ electis nec approbatis. ⁊
tales ſe decipiūt. Nā dicit Augꝰ. d̄
penitentia. Qui vult confiteri pctā
ſua vt inueniat gratiam querat ſa
cerdotem ſcientē ligare ⁊ ſoluere ne
cū negligētes circa ſe ſit negligatur
ab illo q̄ eū miſicorditer monet ⁊ pe
tit ne ambo i foueā cadāt: qm̄ ſtultꝰ
errare voluit. Et ſubdit. Qui ergo
confiteri vult oīno cõfiteatur ſacer
doti meliori quem inuenire poteſt.
Audiat autē vnuſquiſq; cõfeſſor ta
liter qualiter ſibi placuerit penitēti
aʒ iponēs q̄d ſibi dicatur per beatū
Hiero. ⁊ ponuntur hec verba. xxiiij
q. j. non afferamus vbi diciɫ. Nõ af
feramꝰ ſtateras doloſas vbi appē
damꝰ q̄d volumꝰ dicētes. hoc gra
ue ē hoc leue ē: ſʒ afferamꝰ diuinā ſta
terā ex ſcripturiſ ſctis tāq̄ʒ d̄ theſau
ris dñicis: ⁊ i illa q̄d ſit grauꝰ attēda
mꝰ. hec Hiero. Ex q̄bꝰ ꝛbis vides
q̄ ille penitentie q̄ iponūt erronee ⁊

aliter q̄ȝ ſint īpoſite ī iure dicunť do
loſe ⁊ temerarie. hoc eſt qđ dic̄ Gre.
de. pe. di. v. falſas pnias vbi dicit.
Falſas pnias eſſe dicimus q̄ nō ſm
auctoritatē ſctōꝝ patrum ꝓ q̄litate
criminū iponunť. Vñ dicit glo. ꝙ ſi
certa pena ſtatuť. ⁊ tñ minoꝛ ipōť
falſa eſt pnia niſi ex cauſa tēperetur
vt dꝛ. xxvj. q. vij. Tpa vbi dicit Leo
papa. ꝙ tpa pnie habita moderati
one cōſtituēda ſunt iudicio ſacerdo
tis ꝓut ꝯfeſſores pnium aïos ꝓſpe
xerint eſſe deuotos. Hoc eſt qđ con
cludūt doctores finaliter ꝙ tunc tm̄
ex cauſa. ſ. neceſſaria penitētie eodē
modo q̄ dictū eſt arbitrarie poſſunt
dici. ſ. cōſideratis circūſtantijs pſo-
naꝝ: tempoꝝ: locoꝝ: etatuȝ q̄litatū
criminis ⁊ alioꝝ ꝓut dicit de pe. di.
v. Cōſideret. Circunſtantie aūt ille
notanť in illo v̄ſu. Quis q̄d. vbi q̄
bus auxilijs. cur. quō. qñ. Hoc eſt
dicere ꝙ lȝ pro aliquo crimine a iu-
re taxatur pnia ſeptēnis. ſi tñ ſacer-
dos videt pſonam pauperē debileȝ
vel nimis ſenē vel nimis iuuenē vel
multū nobilē vel locū in q̄ morať ſi-
cut caſtrū vel curiā p̄ncipis nō eſſe
aptum ad pniam agendam ſic a iu
re expſſam. vel videt tempus nō eſſe
cōueniēs ꝓpter nimios laboꝛes tūc
inſtantes in his caſibus pōt confeſ
ſoꝛ moderare penitētiam in toto vel
in pte ꝓut notať in glo. xxiij. q. iiij.
Si is. Et hoc intellige qñ contritū
ſufficienter viderit pctōrē. Sed dice
res. tñ Gregorius i omelijs. dicit. ⁊
ponit in ca. p̄dicto. Si is q̄ platus
eſt dñico debitori culpas impune di
mittit. nō mediocriter ꝑfecto offen
dit qui debita celeſtis regis ⁊ domi
ni ſua p̄ſumptione reſoluit Silr. ſ.
glo. xxvj. q. vij. hoc ſit poſitum. di-
cit ꝙ nō pōt ſacerdos totum dimit-
tere ſine aliqua penitētia. Et idem
de pe. di. j. menſuram ⁊. c. ſi peccatū
⁊. xxvj. q. vij. Tempera. ⁊. xv. q. vij.
hi qui. Tu dic ꝙ oïa illa loquuntur
de illo q̄ nō eſt cōtritus ſufficienter
vel de illo qui pōt agere penitētiam
cōmode. Talibus eñ ſacerdos ex
toto nō poteſt dimittere ⁊ grauiter
peccaret remittens q2 ſic ſe onera-
ret peccatis alienis.

## De reſtitutione ablatoꝛuȝ in ſatiſfactione.

Et q2 vt dicit ſanctus
Tho. reſtitutio male
ablatoꝝ lȝ non ſit ſatiſ
factio nec ps eius. eſt
tñ p̄ambuluȝ ad ſatiſ
factionē: q2 non eſt aliud niſi ceſſare
ab offenſa. ideo de ipſa aliqua ſub-
iungam. Sciendum autē ꝙ homo
nec deo ſatiſfacere nec reconſiliari
pōt q̄ rem detinet alienaȝ. Ideo an
te oïa qui alienum recipit ⁊ detinet
ſi vult digne penitere primo debet
oïa illa reſtituere ſi poteſt. Si auteȝ
nō poteſt ſufficit voluntas reſtituen
di cū tanta reſtitutione q̄ta poſſibi
lis eſt ſm cōditionē vtriuſq3 ad ar-
bitrium bonoꝝ. Unde nota ꝙ ſi
q̄s aufert alicui fama intentione in
famandi eum teneť ad reſtitutioneȝ
fame. dicendo ſe falſum dixiſſe ſi fal
ſum dixit. Si vero verum dixit ⁊ nō
ſeruauit modū fraterne correctiōis:
dicat ꝙ hoc dixit nō intēdens eius
bonū. Itē ablationē virginitatis re
ſtituat ad arbitriū bonoꝝ. vel ſi eſt

pena ſtatuta in ciuitate illam ſoluat
Similiter ad ablationem mēbri vel
priuationē vite alicui fiet reſtitutio
ſm cōſuetudinē vel ſtatutū cōmuni
tatis vel terre. Teneꝛ etiā ſatiſface=
re pueris ⁊ vxori interfecti. quia ab
ſtulit pueris patrē ⁊ vxori maritū q̄
eos nutriebat. Vn̄ illud dānū inde
ꝓueniens dꝫ eis tūc reſtituere ſꝫ ſta
tutū. Et qꝛ vt dicit doctor ſubtilis.
xv. di. q. iij. Ex q̄ oīa illa vix aliqs
pōt recompēſare cōdigne expediret
ſilr aīe cuiuſlibet homicide vt ſolue
ret ꝑ paſſionē volūtariam: vt. ſ. occi
dereꝛ pro homicidio. Unde dicit ꝙ
oportune ꝓuiſum eſt in multis com
munitatibus vbi eſt ſtatutū lex tali
onis in caſu homicidij nec ſeruatur
vt lex moſayca ſed vt euāgelica de q̄
Math. xxvj. Oēs q̄ acceperint gla=
diū gladio peribūt. Itē ſi aliqs aliū
impedit de p̄benda cōſeq̄nda. ſi fa
cit aīo ledendi ipm teneꝛ ad reſtitu=
tionē. nō q̄tū valebat p̄bēda: qꝛ nō
dum eandem fuit cōſecutus: ſꝫ pēſa
tis ꝯditionibus vtriuſqꝫ ad arbitri
um bonoꝝ. Nā ſi fecit qꝛ indignus
erat ille quē impediebat vel vt d̄ me
liori ꝓuidereꝛ iuſte fecit nec tenetur
reſtituere. Nō ſolū autem q̄ accipit
ſed etiaꝫ q̄ fauet accipienti teneꝛ ad
reſtitutionem: vt illi q̄ nouem pctīs
alienis cōſentiūt Nā q̄ iuuat facere
teneꝛ ad reſtitutionē totius. Silr q̄
cōſulit facere. ita ꝙ ſine eius cōſilio
nō fuiſſet factū totuꝫ reſtituat. alias
reſtituat q̄tum nocuit ꝑ ſe. Silr ad
ulator laudās raptorē quare ipſe ra
pit. alias non rapturus teneꝛ inſoli
dum. i. in toto ſicut principalis. Si
militer participans in crimine furti
vel rapine teneꝛ inſolidum ſicut p̄n=
cipalis. Similiter participans i re
furata vel rapta teneꝛ reſtituere eā ⁊
etiā q̄ eā ſcienter emit vel recipit Si
militer q̄ videt furtū fieri ⁊ tacet. cū
ex officio teneaꝛ reuelare teneꝛ ad
reſtitutionē alias nō Silr q̄ nō ꝓhi
bet cū tn̄ teneaꝛ ex officio Similiter
q̄ ſcit rem vbi iacet ⁊ nō vult reuale=
re. ſi tn̄ principalis ſatiſfecit alij nō
tenenꝛ ſm Ray. ⁊ ſm Tho. ij. ij. q.
lxij. ar. v. Cū aūt ſpoliati ignoranꝛ
tūc diſtribuetur res in pios vſus ꝓ
pauperibus illius loci vbi rapina ē
facta. vel ꝓ eccleſijs eiuſdem loci: ⁊
hoc ſi nō apparet heres ſuus: qꝛ ſi
apparet illi fiet reſtitutio. Si etiā ſit
abſens cui fieri debꝫ reſtitutio dꝫ ei
trāſmitti ſi cōmode fieri p̄t. alioq̄n
in loco tuto debet reponi ⁊ ꝯſeruari
ꝓ eo ſm Tho. vbi ſupra.

## Cautele ex parte confitentis ſeruande.

PRimo caueat cōfitēs
ne diuidat cōfeſſionē
vt puta dicēdo vnam
partē pctōꝝ corā vno
ſacerdote: ⁊ aliā corā
alio: ſed integraliter cōfiteꝛ oīa vni
de pe. di. v. c. j. Nam alias cōfeſſio
eſſet falſa ⁊ ficta. ⁊ in ea nihil dimit=
titur Juxta illud. Larga dei pietas
veniam non dimidiabit Aut totum
aut nihil propiciando dabit. Si tn̄
cōfitens q̄s corā vno ſacerdote nō
recordabatur aliq̄ pctā q̄ poſtea re=
ducens memorie vadit ⁊ confitetur
coram alio: nō eſt diuiſio confeſſio=
nis: nec oportet vt reiteret confeſſio
nem prius factam: ſed dicat in gene

rali q cum alia multa ſit confeſſus hoc fuit oblit⁹. Ita dicit ſctūs Tho in.iiij.diſt.xvij.q.xiiij.ar.iij. Multi aūt indiſcrete arguūt alios q tūc nec iſti nec illi cōfitent qđ fieri oīno nō dʒ Maʒ ſic corā plurib⁹ confitētes ſi faciāt eo ꝓpoſito vt multiplicent eis interceſſores ꝛ oratores ad deū: aut vt ſic corā plurib⁹ cōfitētes eadeʒ pctā maiorē ruborē habeant cōmēdabiles ſunt. Utile namqʒ eſt taliter cōfiteri plurib⁹ ꝓpter maioreʒ verecūdiā habēdaʒ q eſt maxia pars ſatiſfactiōis Et pōt eſſe tā frequēs cōfeſſio q etiā tota pena tolleret. Maʒ dicit ſctūs Tho. di. xviij. q.iij.ar.iij. q p abſolutōnē ſacerdotis nō ſolū culpa dimittit ſʒ etiā de illa pena q i purgatorio deberet aliqđ dimittit vt minus in purgatorio puniatur abſolut⁹ deſcendens ante ſatiſfactionē qʒ ſi añ abſolutionē decederet ꝛ ſic virtute paſſionis xpi ſine p̄iudicio diuine iuſticie de penis ſingulo ꝓportionabilit aliqđ dimittit. Et ſubdit. Nō ē incōueniēs ſi p frequētem confeſſionē etiā tota pena tollatur vt pctm̄ oīno maneat impunitū p quo pena xpi ſatiſfecit. Hec ſctūs Tho. vbi ſupra.ar.iiij. Utile ē etiā ſic cōfiteri plurib⁹: qꝛ qlibet cōfeſſoꝛ tenet orare ꝓ ſuis confeſſis ꝛ eoꝝ memoriaʒ in miſſa facere ſalteʒ generalē. Uerūtamē reprehendendi ſunt cōfitentes: q nūc iſti iſta peccata poſtea alteri de nouo iterū cōmiſſa confitent verecūdātes priorē cōfeſſorē pro eo q iterum eadeʒ pri⁹ ꝯfeſſa poſtea cōmiſerit. Uñ inducendi ſunt ne hoc faciant: quia confeſſoꝛ nouit eorum fragilitatem vnde non debet imputare. Secūdo caueat confitens ne mētiatur.ne.ſ. plus dicat qʒ res ſe habet vel minus quia ſm ſctm̄ Auguſtinū ꝛ ſanctuʒ Thomā ſi non eſt peccatoꝛ mentiēdo fit peccatoꝛ.xxij.q.iij. Cum humilitatis cauſa. Et hoc multum arguit illos q cauſa humilitatis de ſe plus fingunt vel cauſa hypocriſis minus dicunt. Tertio caueat confitens ne alqđ obmittat.licet dubitet illud eſſe pctm̄ mortale ſed dicat cōfeſſoꝛi totū querendo an ſit peccatū mortale al's peccaret mortaliter obmittendo in tali dubitatione confiteri.quarto caueat ne obmittat iterare confeſſionē ſi confeſſus fuit ſacerdoti q euʒ abſoluere non potuit. vel ſi potuit neſciuit diſcernere.vl'ſi cōfeſſio nō fuit integra. vt qꝛ tacuit aliqđ pctm̄ mortale.vl' neglexit aut oblitus eſt ſatiſfactionē iniunctā in penitentia. Similiter ſi cōfeſſus eſt ſine cōtritione.puta habēdo ꝓpoſitū in idem pctm̄ reuertendi. In his eñ caſibus tenet reiterare cōfeſſioneʒ ſm Petrū. Sed an recidiuans tenet cōfiteri peccata priora. Tho. in.iiij.diſt.xxij.q.iiij.dicit q directe nō tenet nec in generali: nec in ſpeciali ſed bene indirecte.ſ.tanqʒ illud ſine quo ſciri nō poteſt debitus mod⁹ ſatiſfactionis. Uñ tenet confiteri ꝛ notificare pctā dimiſſa qʒtuʒ ſufficit vt ſciatur q ſatiſfactio ſit ei imponēda vt ſi ipe frequēter lapſuʒ carnis paſſus ē ex aliq occaſiōe: ita q occaſio p ſatiſfactionē p̄ſcindat. ꝛ ſilr de alijs pctis. Quito caueat ꝯfitēs ne confiteatur alieno ſacerdoti.hoc eſt non proprio.quia alienus nō po

teſt eum abſoluere vel ligare. de. pe. et re. Omnis. Et de pe. diſt. vj. Placuit. Licet enim omnes ſacerdotes claues ligādi atq; ſoluendi accipiāt in ordinatione ſua. nō tamen equaliter laxata eſt illa poteſtas ad quoſlibet ſacerdotes. Et illa poteſtas ita conceſſa eis eſt ligata quantum ad exercitium ita q non poſſunt eā exercere niſi detur eis poteſtas iuriſdictionis ordinaria vel delegata ab epiſcopo vel a ſede apoſtolica ſm Johan. an. in cap. Omnis. Poteſt autem proprius ſacerdos quadrupliciter accipi. Uno modo pro eo q preeſt parrochie. vt plebanus q hȝ poteſtateȝ ſed modo inferiori. Alio modo q preeſt modo ſuperiori et ſic epus eſt ppri9 ſacerdos oīm homini ſue dyoceſis. et imediatus. vt in. c cū epus. de of. or. li. vj. et in ca. vlti. de of. archi. ſm Hoſti. Uel qui preeſt modo principaliſſimo. vt papa. Nā papa eſt propri9 ſacerdos oīm xpianorum. et habet plenitudinē poteſtatis. de auct. et vſu pal. ad honoreȝ et de foro compe. ca. vlti. et. ix. q. iij. Cuncta per mūdum. Tertio ppri9 ſacerdos dicit habēs iuriſdictionē delegatā ab aliquo pdictorum. vel a legato pape. de of. lega. c. j. Quarto habēs iuriſdictōeȝ a cōmuni pceſſione vel pmiſſione iuris. Et ſic proprij ſunt illi quos epi et abbates exēpti eligūt in confeſſores. vt de pe. et re. Ne p dilatōe. Sic etiā in articlo mortis qlȝ ē ppri9 ſacerdos illi quē audit ſi ppriū habere nō pōt. xxvj. q. vj. Si pſbiter. et c. ſe. Hoc etiā mō vagabūdorū hoīm eſt qlibet ppri9 ſacerdos ad quem deueniūt. Similiter ppri9 ſacerdos peregrinorum eſt ad quecūq; deueniūt. Concordant. Johā. an. Innocē. Hoſti. Frater iohānes henricus. Johēs de lignano de pe. et re. Omnis. Sciendū tamē circa predicta q epus poteſt cōmittere audientiaȝ confeſſionis fratribus predicatoribus vel minoribus per ipm electis et pbatis: ſed illi non habēt auctoritatem totalē ſicut plebani. niſi eis ſpecialiter committatur vt notatur de ſepulturis. Dudum. i cle. Nec cōfeſſus talibus tenetur iterum confiteri proprio ſacerdoti vt quidā erronee putant. quorum auctor fuit Johēs de pollicratis: quē reprobauit Johs vigeſimusſecūdus in quadam extrauaganti q incipit. Uas electionis. Sciendum etiā circa predicta q quis poteſt cōfiteri alteri quam proprio ſacerdoti in plurib9 caſib9. Primo ſi ſubditus ſcit propriū plebanū hereticum: aut ſollicitatorem ad malū: aut fragileȝ ad pctm. aut ad reuelādū pronū. et generaliter vbicunq; confitens probabiliter timet ſibi vel ſacerdoti periculum. tūc enim dȝ cōcurrere ad ſupiorē. et petere licētiaȝ alteri cōfitēdi. Hec Tho. in. iiij diſt. xvij. Hoſti. etiā enumerat octo caſus. Primus eſt qn propri9 ſacerdos ē oīno indiſcretus. de pe. di. vj. capi. iij. placuit. Sed in hoc ſubdit9 dȝ petere licentiā a ſacerdote pprio quam ſi non vult dare petat epo. Scds qn parrochianus tranſtulit domiciliū ad aliā parrochiā. Terti9 qn qs ē vagabūdus. quart9 qn qs q rit domiciliū q ſe pferat nec dū qetatus ē aut limitatus ad vnū locū. quitus cū qs delīqt i aliena parrochia

ꝛ cōmiſit rapinā. tūc eñ ibi punit̃. ꝺ rap. c. j. Et hoc ſi eſt publicū. ita ꝙ ꝓ eo eſſet excōmunicatus a prelato ipſius loci. al's ſi eſſꝫ occultū pōt abſolui a ꝓprio ſacerdote vbicūqꝫ furtū vel rapinā accepit. Sextus rōne ſtudij vt cū clerici accedūt de licētia ꝑlatoꝝ ad ſtudiū. Septimus tꝑe neceſſitatis: vt qꝛ infirmat̃ ad mortē: vel dꝫ intrare bellū vel mare. Octauus ſi nō ponat ſpē in peritiā ꝓprij ſacerdotis. Sꝫ hoc vltimū cōiter ñ tenet̃ In talibus eñ caſibus vbi ꝯs ꝯfitet̃ alieno dꝫ ei iniūgi vt ſe ꝑſentet ꝓprio ſacerdoti nec ꝓprius ſac̄dos dꝫ ei credere ne diceret ſe eſſe abſolutū ab aliq̄ excōicatione: qꝛ tūc nō tenet̃ credere ſine litteris abſolutiōis. Ego tñ cōſulo ſm Rich. in. iiij. di. xvij. q. j. ar. iij. ꝙ ſine cauſa multū neceſſaria vel legitima non q̄rat ꝯs aliū ſacerdotē ꝑter ꝓpriū. ſicut multi cōſueuerūt facere dubitātes temere de vita ꝓprioꝝ ſacerdotū: ꝛ dicentes ꝙ non cōfitent̃ illi inebriato: ſed q̄runt alienū cōtra ſtatutū eccleſie. Sed ſi alter diſcretior nō pōt haberi: vel ꝑlatus nō vult dare licentiam ſubdito cōfitendi ꝑter ſe q̄d erit agēdum. Dicit Richar. ꝙ in tali caſu ꝓpter bonū obedientie facit magis ſubditus vtilitatē aīe ſue cōfitendo ꝓprio ſacerdoti minus bono dū tñ ſit ſufficiēs q̄ꝫ cōfitendo alteri meliori. Et dico de minus bono: nō de minus diſcreto: qꝛ al's ſemꝑ q̄rēdus eſſet minus diſcretus qꝺ nō eſt verū: ſꝫ ſemꝑ q̄rendus eſt magis diſcret⁹ ſi pōt haberi. Nec excuſat̃ ſubditus indiſcreto plebano cōfitens ſi eum male iudicat qꝛ nō tenet̃ cecus cecū ducere ne ambo in foueā cadāt. Et nota ꝙ in caſu quo q̄s veniens de aliena parrochia caueat imperitiā ꝓprij ſacerdotis petens audiri confeſſionē ſuā ꝑ alienū plebanū: dicēs ſe habere licētiam a ꝓprio ſacerdote. nunq̄d tenet̃ ei credere illi quē petit ꝑ audienda cōfeſſiōe. Rñdeo ꝙ ſic ꝑut notauit Joh an. i glo. iiij. c. j. de ꝑuilegijs i cle. ꝓ quo allegauit de pe. di. vj. Placuit qꝛ nō eſt immemor ꝑſumendus ſue ſalut ſ. i. q. vij. Scimus. ꝛ de homicidio. ſignificaſti. Pōt aūt hanc licentiā parrochialis dare etiā ſi nondū hꝫ ordinē ſacerdotij aut eius vicarius vices ſuas gerens. vt dicit Jo. an. in. v. gloſa ibidem.

## De cautelis ſeruandis ex parte confeſſoris.

PRimo caueat confeſſor ne ſuū parrochianum habentē caſum epī nondū expeditū in q̄ tꝑe nō pōt diſpēſare aliq̄ mō audeat abſoluere ad cautelā. ſicut ſtulti q̄dam cōſueuerūt facere. q̄ nō cōfeſſores ſꝫ deceptores potius appellādi ſūt ꝛ cōfuſores q̄ cum nō poſſunt abſoluere in caſib⁹ epī dicūt parrochiano Ecce ego te abſoluo ab iſto pctō ad cautelaꝫ vt poſſis iſtis diebus cōicare: ne de te ſcandalū orit̃ ſi nō cōicares iſto feſto paſche. Tu aūt poſt iſta feſta accedēs auctoritatē epī cōfiteberis ꝺ iſto pctō. O nō ſic impie nō ſic ne decipias te ꝛ ipm. Sic eñ facias ꝛ dicas. O bone fili. ego non habeo in iſto caſu auctoritatē. ergo accedas

ſtatim ad epm vel eius auctoritatē habentez. nec te prius pcures sacramēto eucharistie niſi fueris abſolutus. Si em̄ nō poſſes accedere epm ante iſta feſta nullomō accedas Et ſi aliqui de te ſuſpicabūtur dicētes. Iſte nō gratis nō cōmunicauit iſtis feſtis vel ſi a te q̄rat vicinus tuus: q̄re nō es cōmunicatus in iſto feſto. dicas q̄ hoc feci de cōſilio ſacerdotis mei. vel cōfeſſoris: vel quia habeo graues inimicicias cū hoſtibus q̄buſdā quos nondū euaſi. Et verū dicit: quia habet inimicicias cum diabolo ⁊ ei⁹ laq̄os diſrūpere ⁊ ipm expugnare de corde ſuo: nec in hoc mentitur Nō tñ dicat in hoc habeo inimicicias cū quibuſdā hoibus: ſʒ cū quibuſdā hoſtibus. niſi etiaʒ haberet inimicicias cum hoibus. Sacerdos aūt hoc caſu qñ ſubditus cōfitet ſibi totaliter inueniens caſum epi inter alios audacter abſoluat ab illis ⁊ iniūgat pñiaʒ p illꝰ q̄ ſūt d̄ auctoritate ſua. caſū vero reſeruatū remittat ad epiſcopū. Nō ſicut q̄dā faciunt q̄ poſtq̄ audiūt in confeſſione caſū epi ſtatim dicūt cōfitēti Uade nō habeo tecū quicq̄ diſponere niſi accedas ad epiſcopū. Et tales exponūt pſonas hmōi magno periculo. q̄ ſepe cōtingit q̄ tales obliti fuerūt de pctis prius confeſſis Uerūtñ ſi ſacerdos inuenit cōfitentem excōicatū a iure vel ab hoie. Uel ſi forte dicat cōfitēs Bone pat ego ſemel pcuſſi clericū ordiatū ex ira. vl ſū in excōmunicatiōe maiori: tunc ſtatim ſacerdos nō audiat eius cōfeſſionē: nec abſoluat eū ab aliq̄ etiā minimo pctō donec fuerit p ſupiorē a ſnīa excōicatiōis abſolutus. et ſe docuerit p lr̄as abſolutū ſm Tho. in. iiij. di. xviij. Secundo caueat ſacerdos ne aliq̄ mō reuelet vel pdat cōfeſſionē ſigno nutu vel facto. ſed oīno dʒ celare exterius ſicut dn̄s tegit interius. Per hoc em̄ vt dicit Tho. in. iiij. di. xxj. hoīes magis attrahunt ⁊ ſimplicius confitent. Si aūt piculuʒ immineret ⁊ hoc ſolū ſciret p cōfeſſionē: vt q̄ ſcit aliquē hereticū. ſilr ſcit incēdiariū. nō pp̄ter hoc dʒ reuelare eos ſed potius monere debʒ tales vt deſiſtant. ⁊ plato dicere q̄ vigilet ſup gregem ſine oī reuelatiōe cōfeſſionis. Si etiā ſacerdos cōpelleret ad dicendū p epiſcopū tal bñ pōt dicere. Reuerēde pater ego nihil ſcio: intelligēdo vt hō q̄ ſcit vt deus. Nō ſolū autē caueat reuelare illa q̄ cadūt ſub cōfeſſione ſacramentali vt pctā. ſʒ etiā alia geſta ⁊ facta p q̄ poſſʒ q̄s dephēdi peccator: immo etiā illa q̄ oīno non ptinent ad cōfeſſionē Et idē dico ſi aliqua dicunt alicui nō p modū cōfeſſionis q̄ forte non fit abſolutio nec pnīe iniūctio: ſʒ tñ fit ſub ſpecie confeſſiōis. Nā i tali caſu lʒ nō claudat tale dictū ſigillo cōfeſſiōis ſʒ Tho. in cōpendio. tñ talia oīno ſunt ſeruāda ex honeſtate ac ſi in cōfeſſione ſuſcepta fuiſſent. ſm Tho. in. iiij. diſt. xxj. Si aūt ſacerdos ſcit peccatum p̄ter cōfeſſionem poteſt illud dicere: ſed nō debʒ dicere q̄ ſciat hoc ex cōfeſſione ⁊ nihilominus debet abſtinere ab hoc q̄ntum pōt pp̄ter pnītatis conſuetudinem. Nam ſacerdos peccata reuelans q̄ ſcit extra confeſſionem: ⁊ ſepius hoc faciens aſſue-

ſcit ex hoc poſtea etiã reuelare ea q̃ ſunt in cõfeſſione ſibi dicta: iõ habeat linguã refrenatã dẽtibus ꝑpt̃ penã depoſitiõis ⁊ retruſiõis in artum monaſteriũ ad agendã pñiam de pe. ⁊ re. Dĩs ⁊ de pe. diſti. vj. Sacerdos. Qñ ergo vis ſecurus eſſe cũ opus habes de aliquo pctõ tibi cõfeſſo reqrere doctiorẽ aliquẽ ſup ꝯſilio dando nõ dicas ſic. Ecce qdam ꝑſona eſt mihi cõfeſſa de ciuitate vł villa de hoc qd cõſulitis cũ ea facerel: ſed potius dimittas vt ipa ſola cõſulat vel qrat auctoritatẽ. Qđ ſi forte vereꝛ. dicas ſic. Ecce qdã caſus accidit ſub hac forma. vel puenit ad me caſus talis. qd conſulitis ſup eo. Et lꝫ eſſet de licẽtia cõfitẽtis ꝙ poſſit reuelari. vt dicit Tho. vbi ſupra. hoc tamẽ fiat ſine ſcandalo ⁊ abſtineat ab hoc ſacerdos q̃to magis poteſt vbi ſcandalum timeꝛ. Ille etiã cui reuelatur de licẽtia cõfitẽtis teneꝛ illud ſeruare ⁊ celare ſicut ꝯfeſſor principalis: niſi dareꝛ ſibi licentia a cõfitẽte ꝙ ille abſolute ac libere faciat ac ſi eſſet publice factũ. Caueat aũt cõfeſſor ne ſic reuelãdo de licentia cõfitẽtis dicat narrãdo. dictũ eſt mihi in confeſſione hoc qꝛ in nullo caſu dꝫ nec põt hoc facere q̃tũcũqꝫ haberet licẽtiã a cõfitẽte: qꝛ iſta ſola verba includũt peccatuꝫ mortale: qꝛ includunt reuelationem huius vt cogniti eo mõ quo nõ licꝫ reuelare ẜm Scotum. Dicit tñ ſubtilis doctor in. iiij. di. xxj. q. ij. ꝙ ad celationẽ pcti in confeſſione detecti teneꝛ homo de lege natũre. Iuxta illud. Nõ facias aliis ⁊c̃. Math. vij. Quia quiſqꝫ tenetur conſeruare famam alterius ſicut ꝓpriã. ſilr fidelitatem dꝫ ſeruare quã pene vult ſibi ſeruari. Item de lege poſitiua que eſt. De ꝯfeſſiõe aliqua nullus te tradere dꝫ. Talis etiã dat occaſionem ficte ꝯfitẽdi. Tertio caueat ſacerdos ne audiat mulierẽ illã cũ qua peccauit. ſ. cõcubinã vel adulterã ſuã. Nã lꝫ ẜm dñm archi. xxx. q. j. in. ca. oẽs ſup glo. ij. talis ſacerdos põt tali mulieri iniũgere pñiam cũ ſit parrochiana eius ẜm Hug. q hoc notat. iij. q. vij. capi. vl. Quicqd tñ eſt de hoc ego video aliđ. ſ. ꝙ clerici nõ debẽt ſuis cõcubinis pñiam iniũgere. ſed magis eas inducãt vt ab aliis penitentiã accipiãt: vt in glo. xxxiij. q. ij. Placuit. Et hoc totũ eſt ꝓpter honeſtatẽ ẜm Bartholomeũ brixien. ⁊ ꝓpter ordinẽ ẜm Hu. Quãtũ tñ eſt de iuris rigore ſi p̃sbyter dat penitẽtiã cõcubine ſue ꝓ delicto cõmiſſo valebit pñia ẜm archi. q ita notat. xxxiij. q. ij. vbi hoc idẽ ſentit Laurẽtius polonus dicẽs cũ glo. xxx. q. j. oẽs ꝙ p̃sbyter orientalis ſicut rutenus vel grecus non audit peccata ſue vxoris. qꝛ nec ipa libere confiteꝛ ſi adulteriũ cõmiſit. Ergo in oĩbus iſtis melius eſt ꝑſonas hmõi remittere ad ſupiores. ⁊ ego miror de tantis in hoc magnã difficultatẽ faciẽtibus an p̃sbyter poſſet audire ſue cõcubine ꝯfeſſionẽ. Ego aũt video ꝙ iſte caſus eſt epalis vt dictũ eſt ſupra de caſibus epalibus. Quarto caueat ſacerdos ne exiſteſ in crimĩe audiat cõfeſſiões alioꝝ nã talis grauiter peccat. nã ſacerdos bñ docen-

do pplm ꝛ male viuẽdo instruit deũ quõ eũ ðbeat ꝯdẽnare. xl. di. c. mlti ꝛð pe. di. vj. q vult ꝟ. ſacdos vbi dic Au. ſacdos cui oĩs offert pctõr: añ quẽ ſtat uit oĩs lãgor ĩ nullo eoꝝ ſit iudicãdꝰ q̃ in alio eſt iudicare prõp tus. Ubi dicit glo. ꝙ peccat ſacerdos in crimine iniũgẽs pñiam ꝛ verũ eſt: vt. iij. q. vij. Itẽ in euangelio. vbi dicit glo. ꝙ ſi in neceſſitate ſuus parrochianus petat ab eo pñiã con terat ipe ſacerdos ꝛ ſtatim iniunge re põt vt dicit glo. Qñ ergo tu ſimplex ſicut ꝛ ego legis auctoritates ꝙ nõ ſoli ſcti exiſtẽtes ſoluũt peccatores: ſꝫ etiã mali qñqꝫ iudicabãt ali orũ exceſſus ꝛ peccata ſicut ſaul cũ a dño eſſet reprobatus pplm dei iu dicabat: ꝛ eius iudicium vniuerſus ppls expectabat. Itẽ dauid cũ eſſet adulter ꝛ homicida interrogatus a ꝓpha ſentẽtia in diuitẽ dedit q̃ ouẽ paupis rapuit dicẽs Filius mortis eſt vir q̃ fecit hoc. ij. Regũ. xij. Itez ſalomõ cũ amore mulierculaꝝ deoſ gentiliũ coleret. tñ vniuerſa plebs iſ raelitica ad eius iudiciũ cõfluebat Sic ꝛ achab q̃uis coleret baal. tñ decẽ tribus iudicabat. iii. Regum. xxij. Nõ te decipias q̃ſqꝫ iſta legẽs. qꝛ nihilominus grauit peccaſ. lꝫ ab ſolutio quã facis in ſubditos teneat apud deũ q̃tũ ex officio nõ ex iuris merito. qꝛ vtiqꝫ melius faceres: qꝛ ꝛ tibi meriti grãm mereris. ꝛ cõfitẽti veniã adaugeres. Quinto caueat ſacerdos ne audiat ſacerdotẽ ſine li centia ſpeciali vel generali epi ſui: niſi eps ſciret vel approbaret tacite vel expſſe. Et hoc eſt cõtra multos plebanos quorum vnuſquiſqꝫ audit alium ꝛ preſertim in caſibus fornicationuꝫ qui ſunt caſus epiſcopales vt multotiens clamaui ꝛ adhuc clamo more lupi in celum ꝛ terram ꝙ iſti decipiunt ſe. Sexto caueat cõ feſſor ne confitentem q̃ non vult vel non poteſt ſufferre onus penitentie remittat a ſe vacuum. Caueat etiaꝫ ne exigat iuramentum a confitente de peccato illo de quo confeſſus eſt amplius nõ faciẽdi neqꝫ cõmittẽdi hoc eñ repprobat. xj. q. iij. vbi glo. ij. dicit ꝙ ab hereticis reuertẽtibus ꝛ ab incẽdiarijs. vel in horrẽdis cri minibus ſilibus tñ iuramẽtum exiget vt iuret cõfitẽs de cetero ſe nun q̃ſ ſimile cõmiſſurum. Et expſſe ꝓ hibet glo. ibidem hoc nõ fieri ĩ quo libet peccato mortali. Ego tñ com peri q̃ſdam ſciolos apud ſe a mulieribus coniugatis extorſiſſe iuramẽta ſuper fornicationeꝫ de cetero nõ faciendam q̃tum periculi ſit quilibet aduertere poteſt. Quando ergo venit ad te homo qui non vult ſubire onus penitentie dicas ſibi iuxta tenorem capitu. ꝙ quidem. de peni ten. ꝛ remiſſio. Quod ſi confitetur ſed ſe dicit abſtinere non poſſe nihilominus eius cofeſſionem audias: ꝛ dicas ei ꝙ non eſt vera penitentia talis: ſed ꝙ diſponat ſe q̃to citius poteſt ad propoſitũ abſtinen di a peccatis huiuſmodi. Cum autem habet propoſitum abſtinendi a peccatis ſed non vult ſubire onus penitentie tam magnum ſicut ſua peccata requirunt. dicendum eſt ei Chariſſime fili tu debuiſti pro iſtis peccatis penitentiam agere tantaꝫ vel tantã. ſed ex quo nõ vis ſufferre

eam ſcias ꝙ exiget a te in purgatorio ⁊ nihilominꝰ ex quo habes contritionē ego te abſoluā. In hoc eñ caſu meliꝰ eſt de mīa facere rōnē ꝙ̃ de iuſticia. ſi tñ eſſet ſuſpectus aliqͣ de quo ꝑſumit ꝙ nō faciat qđ ei precipit dicendū ē ei ꝙ ſi nō faciat hoc puto ꝙ nō reſtituat talez rez de qua confitet ꝙ carebit fructu cōfeſſiōis. Et iſte eſt modus optimus ⁊ ſecurꝰ

## De penitentijs infirmorum et decendentiuz de hac vita.

Habitis cautelis mōis et diſpoſitionibꝰ penitentiū in bona ſanitate. Videnduz eſt de penitentijs infirmoruz ⁊ decedentiuz de hac vita. Eſt igitur ſciendum ꝙ ſacerdos circa quelibet moriturum primo ad eū veniēs ita querat ſm conſiliuz Anſelmi. dicēs Chariſſime fili habes ne forte intētionē abſtinendi a pctis ſi ſupuixeris ⁊ de eis ſatiſfaciendi. Et ille dicat ꝙ ſic. Itez letaris ꝙ in fide xpiana decedis ⁊ ille reſpondeat. Etiaz. Itez fateris te nō ita bene vixiſſe ſicut debuiſſes. reſpondeat. fateor. Itez credis ꝙ ꝓpter te eſt mortuꝰ filiꝰ dei viui ihs xps. rñdeat. Etiā. Itē credis reſurrectiōez mortuoꝝ. rñdeat etiaz Tūc hortare infirmū dicēs. Age ergo pniaz dū eſt aīa in te habēdo veram ꝯtritionē. ⁊ ī morte xpi verā fiduciā cōſtitue huic morti te totū cōmitte: hac morte te totū ꝓtege ⁊ īuolue. Et cū dñs deꝰ tuꝰ voluerit te iudicare. ſ. iuxta pctā tua. dī. dñe mortez dñi nři ihu xpi obijcio īter me et iudiciū tuū. aliter tecū nō cōtendo.

Si dixerit deꝰ ꝙ mereris dānationē dic attēdo crucem dñi nři ihu xpi ⁊ nulla merita mea ipiuſqꝫ meritū offero ꝓ merito meo mō qđ ego habere debuiſſez nō habeo. Iſtis ſic habitis audiat eū ꝯfeſſionē: q̄ cū ꝯfeſſus fuerit nō eſt ei īponenda ꝗ̄titas penitentie ſꝫ īnoteſcēda. xxvj. q. vij. Ab infirmis. q̄ poſtq̄ꝫ cōualuerit illā penitētiaz ſeruare debebit. Dicat ergo ei ꝯfeſſor. Bone fili. ecce tu ꝓ iſtis pctis tm̄ deberes pati ſi ſupuiueres. Vñ ex quo iā nō potes ſatiſfacere ꝓ eis in pñti vita doleas ſaltē ꝗ̄tū potes roga tñ amicos ad faciēdū ꝓ te orōnes ⁊ elemoſynas. ſi aūt cōualueris accedas iterum ad me. ⁊ ego iniungā tibi penitentiā ſalutarē. Quare aūt innoteſcenda eſt penitētia taliter decedēti Archid. i. dicto. ca. Ab infirmis. dicit ꝙ ꝓpter duo ſcz vt ſciāt amici quā recōpenſatōez facere debeāt. ⁊ vt iſte ſciat q̄liter penitere debeat ſi ſupuixerit. Et idem ponit verba qualiter tales ſunt ammonēdi dicēs. Talia pctā q̄lia tu ꝑpetraſti tot annoꝝ a nob penitentiā accipiūt. ſed te interim quouſqꝫ euaſeris forte expectamꝰ. vt tūc tibi cōgruam penitentiaz imponam. ſi autem dominus noſter vite terminum tibi dare voluerit ꝑ auctoritatē Petri ⁊ pauli pricipis cui date ſunt claues regni celoruz abſoluo te a pctis tuis ꝑdictis. ⁊ ſacrificia ⁊ ꝓces. nec nō elemoſynas ⁊ ieiunia: necnō ⁊ cetera opa pietatis q̄ ꝓ te fiāt tibi profutura ī redēptionē aīe iudico ⁊c.

## Quomodo ſacerdos ſe habere debeat erga infirmos.

VT aũt practicã habeat ſacerdos circa ꝑdicta ſic ꝓcedat. veniẽs ad infirmuꝫ ꝓmiſſis iſtis interrogationibus ſupradictis: audita cõfeſſiõe: nõ iniũgendo ſꝫ innoteſcẽdo pniaꝫ eo mõ ꝙ ſupra dictũ eſt ſic eũ abſoluat. Miſereat tui dñs omps ⁊ dimittat tibi pctã tua ⁊ ꝑducat te in vitã eternaꝫ. Dñs noſter ieſus xp̃us te abſoluat ab oibus pctis tuis ꝙ cõmiſiſti cogitatiõe: locutiõe ope: ⁊ omiſſiõe. et auctoritate dñi nr̃i ieſu xp̃i ꝙ fũgor in hac pte ego te abſoluo ab oibus ſentẽtijs excõicatõis minoris ⁊ maioris ab hoie vel a canone i te latis. ⁊ ab oibus pctis tuis dõ ⁊ mihi cõtritis ⁊ cõfeſſis aut oblitis. ⁊ reſtituo te in gremiũ ſctẽ matris eccl'ie ⁊ participatiõi ſacroꝝ. In noie pr̃is ⁊ fi. ⁊ ſ. ſ. amẽ. Si v̄o decedẽs hꝫ bullaꝫ papalẽ a pena ⁊ a culpa in agõe tũ tũc obſeruet forma bulle ⁊ abſoluat ſic. Et p̄mo tã i iſto caſu ꝙ̃ in oibus ſupradictis ꝓmittat decedẽs ſatiſfactionẽ oibus qbus tenet. vl' a qbus illicite aliqd recepit ꝑ vſuras: vel aliter iniuſte. Et hoc faciat ꝑ ſe ſi ſupuixerit ifra certũ tp̃s ſibi aſſignãdũ vel ꝑ ſuos heredes: qs tũc obliget ⁊ tũc deinde abſoluat p̄mittẽdo ſicut ꝓ̄us. Miſereat tui ⁊c. ⁊ aucte dñi nr̃i ieſu xp̃i ⁊ ſctoꝝ petri ⁊ pauli. ⁊ aucte dñi. N. pape mihi in hac pte vigore gr̃e tibi facte cõmiſſa. ego te abſoluo ab oibus ſentẽtijs excõicatiõis maioris vl' minoris ab hoie vl' a canone in te latis. concedoq; tibi oim pctoꝝ tuoꝝ de qbus cõtritus es et cõfeſſus plenã remiſſionẽ. In noie. p. ⁊ f. ⁊ ſ. ſ. Circa ꝑdicta tñ ẽ ſciẽduꝫ ꝙ qlibꝫ ſacerdos ſimplex i mortis articulo hꝫ plenã auctoritatẽ abſoluẽdi decedẽtẽ ab oibus excõicatiõibus ⁊ pctis ſeruata tñ forma eccl'ie. Vñ ꝙ̃tũcũq; vnus ſit excõicatus a iure vl' ab hoie: dũmõ fuerit i forma eccl'ie abſolutus ſepeliet i cimiterio niſi ius ſibi ſpecialiter denegaſſet ſepulturã ⁊ i hibuiſſet. vt ꝑꝫ de torneamẽtis ꝑ totũ. ⁊ ſic de alijs. Forã aũt eccl'ie circa iſtos ſeruãda ẽ hec. Primo ſi ẽ excõicatus ꝑ cõtumaciaꝫ ꝓmittat ſtare ⁊ parere iuri. ſi aũt eſt excõicatus ꝓ debito ꝓmittat ꝙ ꝙ̃cito cõualeat ſatiſfaciat creditori. ſiue ſint vſure ſiue rapine ſiue ſpolia ſiue qdcũq; aliud debitũ. Qd ſi cõtigerit eũ decedere tũc põat heredes ſuos vl' alios habẽtes ibi bonos fideiuſſores ſuos ꝙ ꝓ ipſo ſatiſfaciãt cũ effectu. ⁊ hoc ipſi fideiuſſores debẽt facere ⁊ ꝓmittere añq; abſoluat Dicẽdũ eſt etiã ei ꝙ ſi ſupuixerit ⁊ infra tp̃s ſibi aſſignatũ poſtq; ꝯualuerit: nõ ſatiſfecerit reincidit i ſentẽtiã eandẽ excõicatiõis. vt in. c. eos ꝙ. de ſen. excõ. li. vj. Si aũt eẽt paup ꝙ nõ poſſet facere vl' hr̃e fideiuſſores ſaltim ꝓmittat ꝙ poſtq; ad pinguiorẽ fortunã veniet vult ſatiſfacere ⁊ ſufficit de ſolutiõibus. Odoardus. Oibus aũt p̄miſſis ſacerdos corã teſtibus põt eũ ſepelire in cimiterio vel in ecclia eo mõ ꝙ dictũ eſt ſupra. Vñ ſic dicit Gre. papa. ix. c. vl. de ſepul. cuilibꝫ curato Parrochiano tuo ꝙ excõicatus eſt ꝑ mãifeſtis exceſſib9 videlꝫ ꝑ homicidio. icẽdio. violẽta manuũ iiectiõe in ꝑſonas eccl'aſticas: vl' eccliarũ violatiõe vel iceſtu.

dum ageret in extremis p p̄ſbyterū ſuū iuxta formā eccl'ie abſolutus nō debēt cimiteriū ⁊ alia eccl'iaſtica ſuffragia denegari: ſed eius heredes ⁊ ꝓpinq̄ ad q̄s bona ꝑuenerūt ipſi⁹: vt ꝓ eodē ſatiſfaciāt cēſura eccl'iaſtica ſūt cōpellēdi. Hec ibi. Et q̄ multi dubitāt vtrū talit̄ abſoluti i agōe poſtea debēt abſolui p iudicē ſupiorem: e q̄ fuerūt excōicati eſt ſciēduz q̄ ſi p̄dicti infirmi cōualeſcunt ⁊ faciūt ea q̄ eis iniungunt̄ nō debēt vlterius q̄rere vlteriorē abſolutionez ab aliq̄ iudice a q̄ fuerūt excōicati. ſed cōtenti erūt abſolutione ſimplicis ſacerdotis p quē fuerūt in agōe abſoluti alias enim ad q̄d valet illa forma circa eos obſeruata. Illa em̄ abſolutio circa eos facta dū tradebat̄ in agone lz nō deceſſerit eſt valida intātū ac ſi p illum iudicē p quez fuerūt excōicati fuiſſet facta. q̄ i tali articulo q̄lib3 ſacerdos ē papa. de pe. di. j. Quē penitet. ⁊ de ſen. excō. non dubites. ⁊ eo. ti. eos qui. li. vj. Sciat aūt ſacerdos q̄ abſoluit vſurariū vel raptorē vel incendiariū. ſacrilegū. homicidā. percuſſorem clerici. vel ſil'em in agone ſine forma ſupradicta. puta nō accepta ab eo ꝓmiſſiōe vl' cautōe fideiuſſoria ſufficienti q̄ ipſe ſol⁹ ſoluat illos q̄s negocium tangit. Tenetur em̄ ex quo nō ſatiſfecit forme ſtatute ab eccl'ia ⁊ illis ſubtraxit p̄ſonam contra quam reſtabat eis actio. Ad hoc facit cle. eos qui de ſepulturis. in fi. nec puta ipſum abſolutuz fuiſſe quo ad actionem: quia eccleſia nō habebit eum ꝓ abſoluto niſi alias ſacerdos ſatiſfaceret pro eo.

## Regule q̄bus pctā mortalia atq3 vēialia ſūt cognoſcēda.

ſtatum virtutis. Dicitur autem matrimonium potius q̄ patrimoniū: q2 maxima onera ſunt in matre q̄ i viro. Et dicitur a matre quaſi matris munium q2 munitur a matre: ⁊ dat mulieribus eſſe matres. Et q2 etiam finis principalis matrimonij eſt bonū plis. in cuius pcuratione mater magis laborat. ⁊ iō ab ipſa d̄ noiatur. Fuit aūt matrimonium inſtitutum a deo in ſtatu innocētie: vt d2 d̄ voto. c. j. li. vj. Et hoc p illa verba. Hoc nunc os ex oſſibus meis q̄ verba adam ſpūſctō illuſtratus dixit. Gene. ij. in fi. ⁊. xxvij. q. ij. lex diuina. Et p hoc reprobatur illa opinio que dicit q2 matrimonium ſit inſtitutum a deo illis verbis. Creſcite ⁊ multiplicamini: quod videt̄ inconueniens cum etiam illa v̄ba p̄us dixerat deus non ſolum ad homines ſed etiam ad beſtias. Geñ. j. Et q̄uis matrimonium etiam ſit inſtitutuz tempore moyſi. ⁊ tpe xpi. hoc fuit tamē diuerſis reſpectibus. Nam vt dicit Tho. di. xxvj. in. iiij. ſ3 q2 ordinat̄ ad generationē plis q̄ erat neceſſaria etiā ante peccatum inſtitutum eſt a deo in ſtatu innocentie. in hoc q2 deus formauit mulierem in adiutorium viri. ⁊ hoc modo dicit̄ in officium fuiſſe inſtitutum. S3 q̄tum eſt in remediuz pctī fuit inſtitutum poſt pctm̄ tempore legis nature. Scd̄m aūt determinationē pſonarum habuit inſtitutionem in lege moyſi: vbi nō niſi de certis tribub9 copulabant̄. Sed ſ̄m q2 repreſentat cōiunctionē xpi ⁊ eccleſie ſic habuit inſtitutionē in lege noua. Et ſ3 hoc dicitur ſacrm̄ noue legis. Et ex hoc habetur q2 due p̄ncipales ſunt cauſe inſtitutionis matrimonij. ſ. educatio plis ad cultū diuinuz: ⁊ vitande fornicationis cauſa. Alie ſūt multe cauſe minus p̄ncipales. ſ. pulchritudo vxoris: diuitie: reformatio pacis. Et pter iſtas cauſas ſi etiam ducatur vxor ſeruatis verbis d̄ preſenti tenet matrimoniū. Sciendū autē ex quo vt d2. vij. ethicorum in actu carnali priuat̄ homo magno bono. ſ. vſu rōnis q2 vt dic̄ philoſophus. Talis actus furatur intellectū ſapientis. Et vt dicit Aug. xvj. li. de trini. ipſa voluptas carnalis qua maior in voluptatibus carnalibus nequit inueniri momento ipſo tpis q̄ ad eius peruenitur extremum: pene omnis acies ⁊ vis rōnis obruitur. Nullus aūt ſ̄m rectam rōnem d3 ſe obligare ad aliqđ in q̄ tantum maluz patit̄: niſi ſit aliquod bonum recōpenſans iſtud dānum. Vñ a ſctis patribus ponunt̄ excuſantia illum actum tam dānoſum. ſ. bonuz fidei. plis. ⁊ ſacramenti. Fides hic ſumpta: eſt fidelitas ſiue iuſticia ad actū ad quez obligat ſe. ſ. vt ille non q̄rat aliam: nec econuerſo. Silr̄ bonum plis obligat quo ad cultum diuinū. ſ. vt religioſe. i. ſancte ⁊ deuote educatur. Bonum autem ſacri eſt illa indiſſolubilitas inter viruz ⁊ mulierem. ⁊ ſignat indiſſolubilitatem cōiunctionis xpi ⁊ eccl'ie: ⁊ hoc eſt bonū itrīſecū mr̄imōij: q2 pfectio p̄ma ē formalis. Pria aūt duo bona. ſ. fides ⁊ ples ſūt bōa extrīſeca mr̄imōij. Ex his pt3 q2 ex q̄ vt dictū ē ſacrm̄ eſt bonū excuſans iſtū actū videt̄ q2 actus iſte mr̄imonialis nō ſolū ē bo

nus: ſed etiam ſanctus quam ſancti
tatem habet ex indiuiſibilitate con-
iunctionis: ſm quā ſignificat cōiun
ctionez xpi ⁊ eccl'ie. Ita etiam dicit
Tho. in diſti. xxxj. in. iiij. q. iiij. Ex
quibus oib' infertur ſm Bonauē.
ibidez. ij. principali. q. ij. q' qui coit
cauſa fornicationis vitādē in vxore
ne ſcz vxor fornicet' ſic reddendo de
bitum nullo modo peccat: ſed ma-
gis meret' q2 exercet op' iuſticie hoc
eſt fidei ad quam tenetur. ⁊ ideo oīs
culpa excuſatur. Si vero coit cauſa
fornicationis vitande in ſeipſo. ſcz
ne ip̄e ſolus fornicet' i hoc peccat ve
nialiter: ⁊ hoc ſi nō pulſatur a carne
Nā ex quo nō pōt procreare ꝓlem.
nec propter eā procreandū coīt nec
cōpellitur ab vxore ad reddendum
debituz. aliqua ſupfluitas eſt ibi et
ideo peccat: ſed venialiter. immo di
ci pōt ſm Pe. de tharā. in. iiij. diſti.
xxx. q. iiij. prīcipali. q. ij. ar. j. q' que
rens delectationem in cōiuge ſiſten
do tn̄ intra fines matrimonij. ſ. quā
do cum altera muliere id nō faceret
veniale eſt pctm̄. licet etiam fiat cau
ſa explēde libidinis. Sed ſi querat
delectationem in ea nō vt in cōiuge
ſed vt in alia muliere quacunqȝ tunc
eſt pctm̄ mortale Hoc eſt cōtra Hu
gonem. xxxj. q. j. Quomodo. vbi di
cit vſuz matrimonij nō poſſe imple
ri ſine peccato ſaltem veniali: quia
poteſt etiā eſſe matrimoniū cum fit
bono intuitu ſicut fuiſſet in ſtatu in-
nocētie ſm Franciſcū in rubrica de
ſponſalibus. Hoc idem inuit Joh.
an. i glo. ſuper cap. alma. de ſen. ex.
lib. vj. ſuper verbo ſacramentis. vbi
dicit q' datur gratia per iſtud ſacra
mentum. ſed nō ſicut per alia ſacra-
menta. Confertur aūt in hoc ſacra-
mēto gratia adiuuās ad illa opera
que in matrimonio req̄runt'. Ratio
ſm Tho. in. iiij. di. xxvj. q. iiij. quia
vbicunqȝ diuinitus datur facultas
aliquid faciendi. dant' etiaz auxilia
ſine quibus nō pōt conuenienter vti
illa facultate: ſed in matrimonio da
tur diuinitus facultas vtendi vxore
et per cōſequens dat' grā qua idem
cōuenienter fieri poſſit. Hec ſanct'.
Tho. Et ꝑ hoc reprobat' glo. j. q. j.
Quicq̄d. Etiam dicit doctor ſubti
lis q' effectus iſtius ſacramēti ſunt
due gratie in aīabus cōtrahentiuz.
et hoc niſi ſit obex mortalis peccati
Etenī non ſufficit ad grām ꝑcipien
dam q' cōtrahēs nō ſit fictus reſpe
ctu ſacramenti. i. q' non ficte recipe
re intendit: ſed oportet q' prius pe-
nituerit: quia illud ſacramentuz nō
dat penitentiam. Eſt ergo vnus et
totalis effectus iſtius ſacramēti ſci-
licet gratioſa coitio animoꝝ. Hec
doctor ſubtilis. Pro iſto dicto ē. c.
vnicum de ſacra vnctiōe. Ulterius
eſt ſciendū de illis que requirunt
ad matrimoniuz vt ſit verum. Pri-
mo requiritur etas debita perſona-
rum contrahentiuz. Nam vir debet
eſſe. xiiij. annorum. ⁊ femina. xij. an
norum. Unde ſicut ſpōſalia infra ſe
ptimū annū nō tenent. ſic matrimo-
niuz etiā non tenet infra. xiiij. annuz
Quantūcunqȝ eī fuerit matrimo-
niuz de verbo de preſenti infra. xiiij.
annū. nihilominus nō eſt aliud niſi
ſponſalia de futuro vſqȝ ad. xiiij. an
nuz. Et iſta poſſunt rūpi poſtqȝ ſpō
ſi vel alter illoꝝ venerit ad debitam

etatez. Scdo requirit cōſenſus mutuus contrahentiū perſonaꝝ ꝑ verba de preſenti. Cōſenſus aūt ille ſm Bona. in. iiij. di. xxviij. debet eſſe in mutuaz corporis poteſtatē. Verba aūt de preſenti ſunt iſta ex parte viri Accipio ego te in meā vxorez. Verba aūt mulieris ſunt iſta. Ego te accipio in meū virū. Et ſunt iſta vba neceſſaria qꝛ ſacramentū eſt res ſenſibilis. ꝛ ideo in eo reqritur ſignū expreſſiuū que expreſſio cōuenientius ſit ꝑ vba de preſenti. vñ ꝛ iſte cōſenſus pōt bene per alia verba expediri vel exprimi inter hoīes vſitata que iſtis eqpollent dicēdo. Conſentio in te tanq̄ꝫ in vxorē. Similiter ſi preceſſit interrogatio inter aliquos de cōtrahendo. Si alter eoꝝ dicat. volo te de cetero habere in vxorē. Et illa rñdet. Et ego te volo habere in virum. Vel volo q̄ tu ſis vxor mea. ꝛ illa. ꝛ ego habeo te ꝓ viro. In omibus talibus cōtrahit matrimoniū. Sed ſi diceres. volo te accipe in vxorem vel volo in te cōſentire tanq̄ꝫ in vxorē non eſſet matrimoniū. Silr ſi dicat vir. promitto q̄ te nō dimittā ꝓ meliori vel pro peiori. etiā iudicāduz ē ꝓ matrimonio. Itē ſi poſt datam fidem dicāt aliq̄ bibamus noīe matrimonij et oſculemur nos. vvilhelmus dicit q̄ nō eſt matrimoniuz niſi vellent ꝑ hoc recedere a ſpōſalibus ꝛ cōtrahere de preſenti qꝛ illud dictū ſignificat futurū matrimoniū ſed ſi diceres bibam⁹ pro matrimonio cōtracto eſſet matrimoniū. Frāciſcus tñ dicit q̄ illa vba bibamus noīe matrimonij ſunt confeſſio veri matrimonij: ꝛ ergo eſt matrimoniū

In oibus aūt iſtis vbi verba dubia ſunt recurrendū eſt ad intentionem cōtrahentiū ꝛ ad cōmunē verboruꝫ vulgariū intelligentiā. Unde credo q̄ per illa vba ſponſi interrogati. ſ. in polonia dicēdo. M. placet tibi habere. K. in vxorem. illo reſpondēte. placet. ꝛ mulier interrogata reſpondeat ſimiliter. contrahat veꝝ matrimoniū. ar. c. ex litteris de ſpōſalib⁹ Nam ꝑ illa verba oēs in polonia intelligunt cōtrahi matrimonium. Ergo ſi ſic vicini cōmuniter intelligunt debent etiā cōtrahentibus illa verba facere eundē ſenſuz. Nā vt dicunt doctores in. cap. ex litteris. de ſponſalib⁹. in talib⁹ recurrendum ē ad intellectū vicinoꝝ. Hoc approbat. Frāciſcus ibidez. Et dicit Ho. q̄ q̄uis alter nō intellexit ad litterā vel linguā. ſi tamē intellexit affectū vel ſenſuz nutu vel ſigno ſufficit. Et nō refert an nutu vel lingua intelligatur. ar. de trāſlatione inter corporalia. xliij. di. ſi rector. Vñ ſi ſpōſus dat anulū dicendo in theutonico ꝑ verba de pñti. ꝛ ſponſa polona recipit anulū. annuendo vꝫ cōſentire in dicto. c. ex litteris. Dicit etiā Franciſcus de ſarabellis in ca. ex parte. de ſponſalib⁹ q̄ ſi dicat vir. ꝓmitto q̄ te ducā in vxorem. et de cetero tenebo te vt vxorez. Si talis cōtrahit cum alia ꝑ verba de pñti adherebit ſcōe ꝓpter verba illa ducā te q̄ ſunt de futuro. q̄ etiaz verba reſtringunt per ſequētia cum dixit tenebo te vt vxorez. Et dicit Innocētius q̄ hec verba ducaz nō ſonant tm̄ actū: ſed etiam ius: vt ſit ſenſus. promitto q̄ tunc fiaz tua legitima vxor. Et hoc

eſt ſi ſunt verba mulieris. Illa autē verba promitto ꝙ tenebo te ꝓ vxore habent ſenſum. ac ſi dicat vir. habeo tecum matrimonium. vel accipio te in meam vxorem. ⁊ promitto ꝙ de facto tenebo te pro vxore. Si aūt dicat. promitto ꝙ nūꝗ̄ habebo aliam niſi te. licet iſtam non tenetur ſimpliciter accipere ſi nullaȝ vxoreȝ in vita ſua vult ducere tamen ſi vellet ducere aliā non poteſt: q̄ꝛ de communi vſu loquendi ſenſus eſt. Recipiam te ⁊ nō aliam ſi vxoreȝ voluero ducere. Iteȝ ſi cōcubina dicat alicui: nolo ꝙ me cognoſcas niſi tāꝗ̄ vxorem ⁊ vir taceat ⁊ cognoſcat Dicit Johannes de lignano ꝙ eſt preſumptū matrimonium. Sed tamen Caſpar dicit ꝙ nō quia nō expreſſerunt. ⁊ etiam q̄ꝛ tacēs habet pro cōtradicente in hoc caſu cū agatur de obligatione ipius. ſ. ſub conditione vel ſub modo. Sub cōditione fit vt cōtraho tecū ſi patri meo placuerit. vel ſi inuenero te habere centū marcas. et ſic de ſimilibus ⁊ talis cōtractus ſuſpendit matrimonium vſꝗ̄ ad exiſtentiam cōditionis. ſ. nō prius tale matrimoniū tenebit niſi impleatur illa cōditio. Si tamē interim cōſenſus de p̄ſenti vel copula carnalis fuerit ſubſecuta tenebit matrimonium. eo ꝙ tales videnť receſſiſſe a cōditione vt de cōditioib⁹ appoſitis. de illis. ⁊. c. ſup eos. ⁊. c. ꝑ tuas. Et hoc intelligendū eſt de cōditiōe honeſta quales ſunt due ille ſupra poſite. Nam ſi eſſet cōditio cōtra ſubſtātiam matrimonij vt cōtraho tecum ſi nō prolificabis: vel donec mihi aliaȝ īueniā. vel ſi te exponas ꝓ queſtu proſtituēdi oēs tales nihil agūt. Si tn̄ q̄s dicat. cōtraho tecū ſi te virgineȝ inuenero: ⁊ poſtea ſeq̄tur coitus nec inuenit virgo. dicit. Bern̄. ⁊ Hoſt. ꝙ iudicabit ꝓ matrimonio: ⁊ hoc in foro iudicij. tn̄ in foro aīe nō ſic iudicabit. q̄ꝛ dignuȝ eſt vt mulier que mentita eſt ſe eſſe virginē maneat decepta: et vt viro ſubueniať qui forte vult vitare bigamiā. Sed ſub modo cōtrahit ſic. do tibi tunicā vľ cingulū vel anulū: vt cōtrahas mecuȝ alioquin reuoco q̄d donaui. taľ cōtractus ſtatim tenet. Sȝ ſi nō ſeruetur modus poterit reuocari. Dicunt tn̄ doctores ꝙ licet poſſet ꝯtrahi matrimoniū ſub cōditione: nō tn̄ ſub modo: ⁊ hoc eſt tenendū. Matrimoniū tn̄ ex cauſa cōtractū tenet ſiue cauſa ſit v̄a ſiue falſa: vt ꝯtraho tecum q̄ꝛ pulchra es ſiue diues. niſi cauſa eſſet ita falſa ꝙ cōtineret in ſe aliq̄d impedimentū: vt contraho tecum q̄ꝛ libera es. nā ſi nō eſſet libera nō teneret matrimoniū ⁊c̄. Et ſciendū etiā ꝙ ſi q̄s cōtrahit cū aliq̄ cuȝ cōditione. deinde tn̄ ante aduentuȝ cōditiōis cōtrahit cuȝ alia pure debet manere cū ſc̄da. etiā ſi ſit cōſanguinea prime.

## De ipedimētis matrimonij.

Hunc videndū eſt de impedimentis matrimonij. Sunt aūt. xij. impedimenta que impediunt matrimoniū cōtrahendū ⁊ dirimūt iam cōtractuȝ ſm̄ Inno. in. c. iuuenis. de ſponſalibus. Primū eſt furor. xxxij. q. viij. c. neꝗ̄ furioſus. vbi dicit neꝗ̄ furioſus. neꝗ̄ furioſa cōtrahere poſſunt

matrimoniū:ſed ſi ꝯtractū fuerit.ſ.
aū furorez nō ſeparent̃ ſcʒ ꝓpter fu-
rorem. Et rō qꝛ tales nō pñt ꝯſenti
re:ſi tñ hñt lucida interualla tūc be-
ne pñt.vt dicit glo.ibidem. Scđʒ ſi
eſſet vtroqꝫ articlo.i.teſticulo carēs
vel ipotēs coire.xxxj.q.vij.Jlli Ter
tiuʒ eſt affinitas: vt ſi q̇s ſpōſam de
pñti cōſanguinei ſui recepit in vxo-
reʒ ⁊ eam cognouit impedit̃ contra
hendū ⁊ dirimit̃ cōtractū ita ꝙ ꝓma
reſtituit̃:ſʒ mulier nō pōt induci ad
abſtinentiā ꝓpt̃ publice honeſtatis
iuſticiā:vt de eo q̇ cognouit conſan-
guineā vxoris ſue.ca.diſcretionem.
Quartū eſt error in pſona vt cū quis
putās cōtrahere cū.R.cōtrahit cuʒ
vrſula. Quintū eſt error in cōditiōe
ſeruili vt ſi q̇s ꝯtrahit cū aliq̇ putāſ
eaʒ eſſe liberā cū tñ eſt illibera.vt de
cōiugio ſeruoꝝ.c.ij.Sed q̇d dicēdū
eſt de iacob q̇ deceptus eſt in pſona
ſcʒ q̇ putans rachaelem cū qua con
traxerat inuenit lyam:⁊ tamen tenuit
matrimoniū. Reſponſio ſm grañ
xxix.q.j.c.j.ꝙ illud matrimonium
nō tenuit ex ꝓcedēti cōſenſu ſed ſub
ſequēti qꝛ poſt copulā carnalē in ea
deʒ cōſenſit de nouo. Error tamen
qualitatis nō excludit vt ſi putatur
bonus q̇ tñ ē malus cōſenſuʒ matri
monij:vt ſi putat̃ virgo q̄ tamē inue
nitur corrupta. Similiter error for-
tune:vt ſi putat̃ ſpōſa diues que ta-
men eſt pauper. Jn omibus iſtis ca
ſibus nō dirimit̃ matrimoniū con-
tractum. Sextū eſt votū ſolenne vt
ſacri ordinis vel ꝓfeſſionis.vñ ſi q̇s
profeſſione facta in religione vel in
ſacro ordine vxorem duxit dirimit̃
matrimoniuʒ:vt qui clerici vel vouē
tes.c.inſinuāte.⁊ de voto.ca.vnico
li.vj. Alia aūt vota ſimplicia licet i-
pediant contrahendum non tamen
dirimūt iam cōtractum:vnde ſi q̇s
vouet ſimpliciter non velle ducere
vxoreʒ ⁊ poſtea duxerit tenet matri-
moniuʒ. Sed ille peccat mortaliter
ſic cōtrahens ⁊ non debet petere de
bitum ab vxore:ſed tamē tenet̃ red-
dere quādo petit̃ ab eo:vt notāt do-
ctores in.ca.rurſus.q̇ clerici vel vo-
uentes de q̇bus vide ibi materiam
iſtam. Sʒ tñ ſi q̇s hñs votū ſimplex
querat a ſacerdote an poſſʒ ꝯtrahe
re dat conſilium Hoſti.ꝙ poteſt di-
cere ꝙ ſic. Si autem querat vlteriꝰ
an tale matrimonium tenebit debet
dicere ꝙ nō.alias peccaret.quia da
ret occaſionē mortaliter peccandi.
Septimū ſi machinatus eſt in mor-
tem prioris coniugis ſeu vxoris.vl
eam ducere promiſit.de eo qui du-
xit in matrimonium quam polluit
per adulterium cap.ſignificaſti. Et
dicit Johan.anđ.in cap.laudabilē
de conuer.infidelium ꝙ quādo ma
chinatio eſt ab vtroqꝫ ſcilicet a viro
et a muliere in mortem mariti tunc
ſufficit ad dirimendum matrimoni-
um ſine adulterio. Quādo vero ma
chinatio eſt ab altero tantum tunc
nō ſufficit ſine adulterio vt de diuor
tijs.ca.j.⁊ iſtud imprimendū eſt mē
ti qꝛ raro iſte pūctus bene intelligit̃.
Octauū ſi eſt alteriꝰ cultꝰ vt ſarrace
nus vel iudeus.xxviij.q.j.caue. No
nuʒ ſi ꝑ vim coactꝰ eſt cōtrahere. vt
de ſpōſalibꝰ cū locū. Et intellige de
vi vel metu qui cadit in conſtantem
virum vt dicit gloſa ꝓma ibideʒ que
etiam dicit ꝙ minor metus excuſat

femınā q̄ʒ virum. q̇ ſilr nota. Decimum eſt ſacer ordo vt q̄ clerici vel vouentes. c. j. ⁊ de voto capi. vno li. vj. Undecimū ſi eſt alteri nupta de ſponſa duoꝝ. ca. ij. Duodecimum eſt publice honeſtatis iuſticia. ꝺ ſpōſalibus. c. iuuenis. ⁊. c. ad audientiā. Sūt alia duo īpedimēta q̄ īpediūt ⁊ nō dirimūt. ſ. tp̄s feriaꝝ vt de ferijs. ca. capellanus. Et interdictum eccleſie vt de deſpōſatiōe impuberū. c. ad diſſoluēdum de oībus iſtis dātur ꝟſus. ꝑ Johēm an. in ſū. quarti ſub hac forma. Error cōditio votū cognatio crimē. Cultus diſparitas vis ordo ligamen honeſtas. Si ſis affinis vel ſi coire neqbis. Hec ſocianda vetant cōnubia iuncta retractant. Et de vltimis duobus dantur ꝟſus. Eccl'ie vetitū necnō tempus feriarum. Impediunt fieri ꝑmittūt facta teneri.

## De cautelis huius ſacri.

ET p̄mo caueat vir ne volēs a muliere extorquere carnalē cōmixtionē fingat ſe eam ducere velle non habēs tamen intentionē. ⁊ ꝓpoſitum eam ducendi. Nam talis ſi eam non ducat grauiter peccat. licet in foro penitentiali non iudicatur ꝓ matrimonio Et licet mulier que ſimplici aīo ſibi cōſentit a peccato excuſatur. tū deceptor talis ſi vult veram penitētiam agere neceſſe habet eam ſine fictione ducere quantū in eo eſt vel dare ſibi virū conuenientem vel aliter ſatiſfacere. Et hoc ſm Tho. Et hoc ſi vir eſt equalis conditionis cū illa. Nā ſi vir eſſet melioris cōditionis puta nobilis ⁊ mulier ruſtica vl' ribalda poteſt ꝓbabilit̄ p̄ſumi q̄ nō fuit decepta ſed ſe decipi finxit: ⁊ tūc in tali caſu ſi ille nō aīo ducendi cohabitauit cum ea nō tenet eam ducere. nec ei ſatiſfacere: vt dicunt doctores. Secūdo caueat ne quis ſpōſam ſuā contractis ſponſalibus anteq̄ʒ ſolennitates matrimonij fiant ſcʒ anteq̄ʒ in facie eccl'ie copulentur audeat cognoſcere naʒ talis peccat ſm vvilhelmum. Et hoc intellige ī illis partibus vbi p̄me nuptie bn̄dicunt. Vn̄ cum iſte non ſunt ꝟgines nec alter illoꝝ poſt illam occultam cōmixtionē. ſi accipiunt benedictionem quā ſoli ꝟgines vel alter ipſoꝝ accipere cōſueuit peccāt. cum ſcd'e nuptie nō ſunt bn̄dicende. ſi tū non eſſet cōſuetudo in aliqbus partib⁹ p̄mas nuptias bn̄dicēdi ſicut eſt in polonia credo q̄ ſpōſus cognoſcēs ſponſam aīo cōſummādi matrimoniū anteq̄ʒ in facie eccl'ie copulent nō peccent niſi venialiter. hec Tho. in iiij. ſententiarū. diſti. xxviij. Tertio caueat vir ne cū illa cōtrahat ꝑ verba de p̄ſenti cum qua alter cōtraxit per verba de futuro ⁊ copula carnali conſummauit: q2 nec verū nec aliquod cenſet matrimonium q̇ poſtmodum de facto eſt ſubſecutum vt de ſpōſalibus. is qui. Quarto caueant parentes ne contrahant ꝓ filijs aut ꝓ filiabus ſponſalia vel matrimoniū cum additione pene. nam talis adiectio pene non valet de iure: vt dicitur in. ca. gemma. de ſpon. eo q̄ matrimonia debēt eſſe libera. Et hoc eſt cōtra noſtrates q̄ ſtipulāt pe

nas niſi impleāt filij eoꝝ voluntatē. Dicit tamē Franciſcus de ſarabellis. Joh. an. Uincentius ⁊ abbas i dicto ca. gēma. ⁊ archid. xxx. q. ij. c. vno ꝙ bene poſſunt ſtipulari vel dari pignora inter cōtrahentes: ſed nō pene. Ratio quia pena ſolū promittitur. arre vero dant᷑. faciliores autē ſumus ad promittēdum ꝗ̄ ad dandum. Item arre fiūt in modica quātitate. pene vero in magna: ⁊ ideo timore magne quātitatis poſſet quis cōpelli ad matrimoniū. Uincētius tamen dicit ꝙ ſi ſint extranei oīo q̄ non habent cōtrahentes pſonas in ſua poteſtate iſti poſſūt ſtipulare penas inter ſe ⁊ perdūt eas. vel acquirunt ſi ſponſi nō ſtant in eoꝝ promiſſionibꝰ. Inter ẜo parētes vel alios qui hn̄t ſpōſos in ptāte nō habꝫ hic locū de pignoribus. Etiā teneas ꝙ ſi dat᷑ pignus loco arre tunc tenet ſi aūt pro pena tūc nō. Item ſi dat᷑ per cōuentionē nō tenet. ſi aūt ꝑ traditionē tenet. Hoc aūt dr̄ ſm Jacobū de arra ꝙ rō pignoris tenet. ſi traditur ſecꝰ ſi ꝯſtituit᷑: tm̄ qꝛ quādo cōſtituitur tm̄ tunc cedit loco arre ſed ſi cōſtituit᷑ cedit loco pene. Quito caueāt cōtrahētes ne in cognatiōe carnali ſpūali vel legali cōtrahāt. Naꝫ prohibent᷑ cōtrahere conſanguinei vſqꝫ ad quartū gradum incluſiue in collateralibꝰ. in aſcendentibꝰ aūt ⁊ in deſcēdentibꝰ ꝑpetuo. In cognatione aūt ſpūali ꝓhibent᷑ hi. ſ. baptizatus ⁊ leuās. Baptizatꝰ ⁊ filij leuātis. Itē baptizatꝰ et coniūx leuātis prius cognita. Item leuās ⁊ parentes leuati. Et eodem modo dico de baptizato et baptizante. Similiter inter cōfirmatum ⁊ tenentem ⁊ inter cōfirmanteꝫ ⁊ cōfirmatum. In alijs autem ſacramentis nō contrahitur talis cognatio. ſ. in penitentia. quia penitentia non eſt ſacramentū collatum per modū generationis ſed ſanationis. ideo per ipm̄ non cōtrahitur ſpūalis cognatio. al's enim filiꝰ preſbiteri non poſſet inuenire vxorē in tota parrochia ſm Tho. in. iiij. ſententiaꝝ. di. xxij. q. j. ar. ij. licet inter ſacerdotes ⁊ cōfitenteꝫ cōtrahit᷑ fedus: non tamen deriuatur ad alios eoruꝫ cognatio. tn̄ cathecismus licet impedit contrahendū nō tamē dirimit contractum. vt de cognatione ſpūali per cathecismū. lib. vj. Itē cognatio legalis īpedit vſqꝫ ad emācipationem. Eſt aūt cognatio legalis illa quādo quis adoptat in filiū aliquem extraneum coram iudice. ⁊ dico coraꝫ iudice. quia al's facta in priuato nihil valet ſm Hoſti. de cognatione legali. ca. vnico. ⁊c. Et qꝛ iſta cognatio apud nos hodie nō viget. ideo de ipa ſuperſedeo. Sexto caueat vir ne dimittat vxorem ſuaꝫ propter quācūqꝫ cauſam: niſi ꝓpter fornicationeꝫ. vt dr̄ in glo. ca. j. queſiuit de diuortijs. Et intellige tā de fornicatione carnali ꝗ̄ etiam ſpūali ſicut eſt ydolatria vel hereſis. Similiter ſi morteꝫ viro machinatur. In iſtis tamen caſibus nō ducet aliam ꝗ̄diu viuit quā dimiſit. xxxij. q. iiij. omnes cauſationes. Ratio quia lꝫ quo ad coniugalem thoꝝ ſit diuiſio et diuortium nō tamen quo ad vinculum qđ eſt indiſſolubile ⁊ ꝑpetuū Ex hoc ptꝫ ꝙ mulier a viro non ſeparat᷑ ꝓ furto vel ꝓ alio crimine vel

ꝓ alio impedimēto. vt dicitur in
c. queſiuit. de diuortijs. Nec etiam
ꝓ aliquo defectu corporali. ſ. ꝓ ſur
ditate. cecitate. pro fetore oris. ⁊c.
Et intellige etiā ꝙ ꝗ̄tūcunqȝ eſſet
notoriū crimē fornicationis in vxo
re nō poteſt vir ſine iudicio eccleſie
ꝓpria auctoritate eā dimittere. licȝ
bene poteſt debitū ſibi in p̄uato de
negare. Arch. in. ca. porro. ⁊. c. ſig-
nificaſti. de adulterijſ. In hoc tn̄ ca
ſu qn̄ alter fornicat̄ ſpūaliter. ſ. ſi la
batur in hereſim: nō poteſt is q̄ re-
manet in fide aliā ducere illa viuen
te heretica. Secus ſi aliquis infide
lis vel pagan⁹ conuertit̄ cui⁹ vxor
nō vult cōuerti: vel nō vult cohabi
tare ſine cōtumelia creatoris. q̄a ta
lis poteſt cōtrahere etiā viuente ta
li vxore. vt de diuor. c. v. Septi-
mo caueat vir ne vxorē in adulterio
deprehēſam interficiat. quia lȝ ſm̄
leges ciuiles nō puniat̄ talis occi-
ſor aliqua pena. tn̄ ſm̄ ius diuinuȝ
punit̄. xxxiij. q. ij. inter hec. vbi ex-
preſſe prohibet̄ tale vxoricidiū. De
bet eīm potius eā corrigere ⁊ ſibi re
cōciliare. cū deus paratus ſit acci-
pere ipi⁹ penitētiā. exēplo mulieris
adultere. Joh. viij. vt dicit Bona.
in. iiij. diſti. xxxiij. q. j. et Tho. q. j. q̄
etiā addit ꝙ occidēs vxorē propter
adulteriū vel odiū ex ſtatuto eccl̄ie
cōtrahere cū alia nō debet. ⁊ maxi-
me ſi occidat eā vt cōtrahat cum a
lia. ſecus eſt ſi nō eo aīo. qꝛ tūc licȝ
nō debeat cōtrahere: ſi tamē cōtra
hit tenet. Octauo ne aliquis ha-
bens aliquē ſacrū ordinē cōtrahat
matrimoniū. qꝛ tale matrimoniuȝ
nō tenet. vt de voto. c. vno li. vj. Si
miſ̄r e cōuerſo caueat ne cōtrahens
ꝑ verba de p̄ſenti cū aliqua ſacrum
ordineȝ accipiat. qꝛ talis debet re-
ſtitui vxori. ⁊ ſi poteſt eſſe ſine ſcan-
dalo vxoris debet deferre habitū ⁊
coronā clericalē. nec poteſt cōtrahe
re poſt mortē illi⁹ vxoris. Et ſi cō-
traxerit nō tenet matrimoniū ſcd̄m
Inno. Nec etiā poſt mortē vxoris
poterit in ſuſcepto ordine miniſtra
re. vt in extrauagāti iohis pape vi-
geſimiſecūdi. q̄ incipit. Antiq. Ta
lis eīm reſtitutus vxori tenebit̄ red-
dere debitū: ſed non poterit petere.

Nono caueant cōiuges ne poſt
benedictionē acceptā prima nocte
cōmiſceant̄. vt. xxiij. di. ſpōſus. Ali
bi etiā d̄r ꝙ biduo vel triduo debēt
cōtinere. vt in. xxx. q. v. aliter. Sed
hoc eſt conſiliū nō preceptū. ⁊ ideo
ne q̄s obliget ſub precepto ſpōſos
ad talia hoc pono pro auiſamēto.
qꝛ multi faciūt indiſcrete ꝯſcientiā
de talibus ipſis coniugibus ꝑ mo-
dū precepti. qđ fieri nō debet. ſed ꝑ
modū cōſilij tm̄. ⁊c. Decimo ca-
ueat vir vel femina ne ſine parentū
conſilio vel cōſenſu nubat. quia di
cit Amb. in lib. de patriarchiſ. Nō
eſt virginalis pudoris eligere mari
tū. Unde ⁊ Euariſtus papa dicit:
qꝛ aliter nō eſt legitimū cōiugiū ni
ſi a parētib⁹ tradat̄. Et Euripidio
in perſona cuiuſdaȝ femine legitur
dixiſſe. Sponſaliuȝ meorum pater
meus curam ſubijt. maritum elige
re non eſt meuȝ. Hec omnia haben
tur. xxxij. q. ij. Non omnis. §. Luȝ
ergo dicitur. et. §. honorant̄. Si tn̄
fecerit tenet matrimoniū. qꝛ hoc ſo
lū eſt de honeſtate: ⁊ nō de nccītate.

maxime ſi habet annos legitimos ſcʒ vir quattuordecim ⁊ femina duodecim Dicũt tamẽ leges ꝙ femina poſt.xxv.inuitis parẽtibus nubit.⁊ verum eſt. Undecimo caueat ſacerdos ne clandeſtine aliquos copulet hoc eſt ne pretermiſſis bannis in eccleſia aliquos ĩtroducat ſiue copulet. Nam talis ſacerdos ſuſpendit̃ ꝑ triẽnium.vt notatur de clandeſtina deſponſatione.ca. Cuʒ inhibitio. Duodecimo caueat ſacerdos ne benedicat ſcđas nuptias:quia irregularitatem incurreret. põt tamẽ per epm̃ ſuꝑ eo diſpenſari.vt in extrauaganti Johis.xxij. que incipit.cõcertationi. Tredecimo caueat vir ne ſemper exigat vel reddat debitum vxori:qꝛ hoc preceptũ de redditiõe debiti cũ affirmatione non obligat: niſi ꝑ loco ⁊ tpe ſm Joh. pariſiẽ.qꝛ obligat ſemꝑ. ſed nõ ad ſemꝑ nec ꝓ ſemꝑ.ſed qñ põt eſſe debite circũſtãtionatus ſm doctorem ſubtilem. in iiij.di.xxiiij.qꝛ fortiori vinculo obligatur ad nõ reddendũ:vt in hoc caſu qꝛ tenet̃ non occidere fetuʒ in vtero pregnãtis: vel nõ eſſe cauſa aborſus. Sil'r ſi redditio debiti vergit in detrimentũ ſanitatis nõ tenet̃ reddere:qꝛ tenet̃ potiꝰ propriã incolumitateʒ ꝙ̃ iſtud detrimẽtũ vitare in cõiuge. Similiter nõ tenet̃ ſatiſfacere volũtati mulieris tpe mẽſtrui ne ꝓles naſcatur leproſa que al's poteſt procreari ſana ⁊ etiã qꝛ talis coitus inducit ꝑpetuã ſterilitatem in muliere ſm Aug.ꝓpter cõmixtionẽ ſeminis cũ ſanguine.vñ ſi cõtingeret naſci fetum fit leproſus ſcabioſus cecutiens:vel interdum caducus. vel obſeſſioni demonum tanꝙ̃ vas immunde compoſitũ aptus. Et ideo in lege moſayca accedens ad menſtruataʒ morte moriebatur: ꝙ̃ mors non infligebatur niſi pro mortali.et ſi dicitur tamẽ leproſo viro tenetur mulier reddere debitum. licet nõ tenetur ſecum cohabitare: vbi tamen certiſſimuʒ eſt ꝙ proles naſcet̃ leproſa.ergo ſimile eſt in mẽſtruata. Rñdeo ſm doctorẽ ſubtilem vbi ſupra: quia in menſtruo põt expectari tp̃s congruũ vt naſcat̃ proles ſana.in lepra vero nõ. Uñ melius eſt ꝙ naſcatur leproſa vel aliq̇s ꝙ̃ oĩno nulla: quia melius eſt ſic eſſe ꝙ̃ nõ eſſe. veruntamẽ dicit Tho.vbi ſupra.q.ij. arg.ij. Si eſt fluxus innaturalis et diuturnus põt vir ad talem accedere.qꝛ al's oporteret virum ꝑpetualit̃ abſtinere. Dicit etiam ꝙ mulier mẽſtruata poteſt reddere debitum viro petenti.debet tamen eum auertere precibus vt ſufferat. non tamen ita efficaciter debet auertere ꝙ poſſit eſſe occaſio ſibi incidendi in aliquas peſſimas corruptiones ſicut ad id pronus creditur. Si autem credit ꝙ petit ignorãter debet mulier aliquã occaſionem pretendere: vel infirmitatem allegare:ne debitum reddat: niſi periculum viro timeatur. Dicit auteʒ Thomas ꝙ accedens ad pregnatam non ſemper peccat mortaliter.niſi timeatur aborſus. Dicit etiam ipſe ꝙ ſi tunc vir preter conſuetudinem et modum a natura inſtitutum ꝙ̃tum ad ſitum exigit debitum a coniuge puta a parte poſteriori vel ad latus non ſemper eſt peccatum mortale: ſed quando poteſt

eſſe ſine pctō. Dimittere aūt ꝓpriū vas ſemp ē peccatū mortale ⁊ ſodomiticum: quia hoc eſt cōtra naturā cōiugij. Hec ſctūs Tho.

## De expoſitione miſſe.

Hoc facite in meā commemorationem. Lu. xxij. de conſe. di. ij. iteratur. Quia ſm beatum Tho. i tertia parte ſumme ſue. q. lxxxiij. ar. iiij. myſterium nr̄e ſalutis totū cōprehendit in ſacro euchariſtie. ideo tale ſacramentum pre ceteris agit cum maiori ſolēnitate. q̄ qdem ſolennitas in miſſe officio cōſiſtit. vbi recolit ſingularis memoria dn̄ice paſſionis: iuxta qd ipſe iturus ad paſſionem fieri pcepit dicēs. Hoc facite in meam cōmemoratione glosa. i. in memoriam mortis mee. Et qꝛ ſingule ptes miſſe inenarrabilē dulcedinem redundant diuinoꝝ myſterioꝝ. Deſignant em̄ geſta facta ⁊ opa xp̄i q̄ operatus eſt ſalutē in medio terre. ⁊ pcipue circa myſteriū ſue paſſionis reſurrectiōis. ⁊ aſcenſionis ideo de ſingulis particulis huius ſacri officij breuit intēdamus. Circa qd ſciēdum ꝙ miſſa dr pmo a mittēdo: qꝛ angeli ibi mittunt. vt dicit Gre. de cōſe. di. ij. ꝙ ſi ſanguis. Scdo rōne filij q̄ ibi mittit a deo patre. Tertio ratiōe noſtri q̄ mittimꝰ vota noſtra ad deū p ſacerdotē: vt nobis deus mittat benedictionē ⁊ grām. Quarto rōne. ſ. cathecuminoꝝ: q̄ vt dicit Hugo antiquitus admittebant vſqz ad offertorium: ⁊ ab offertorio foras mittebant. Cathecumini autē erant nouiter credentes nondū baptizati. Habet aūt multa nōia iſtud officium miſſe ſeu ſacramētū. Dicit em̄ miſſa ꝓpter rōnes pdictas. Itē dr euchariſtia ab eu qd eſt bonū. et charis grā q̄ſi bona grā. Dicit hoſtia ab hoſtibus vincendis: qꝛ p eā noſtri hoſtes vincunt. Immolatio dr ſm Iſi. vj. ethimo. ab in ⁊ moles qꝛ in mole. i. in cumulo altaris ſacrificat: Communio dr qꝛ eſt eſca oīm fidelium. Iuxta illud. Oēs de vno pane ⁊ de vno calice participamus Dicit viaticus: qꝛ dat in hac via p̄ſentis vite ad ſuſtentationē. Dicit ſacrificiū: quaſi ſacrū faciēs: qꝛ myſtica pce cōſecrat. in pſalmiſta. Immola deo ſacrificium laudis ⁊c. Dicitur etiā actio ſm Leonem papā: qꝛ hic q̄ſi in quodā iudicio agimus Nā locus eſt eccleſia. iudex deus. actor dyabolus. reus pp̄lus. cōſciētia teſtis. ſacerdos defenſor. Sic dicit Aug. de ſe in orōne quadā. Sūme ſacerdos q̄ me inter te ⁊ meum pp̄lm eſſe voluiſti ⁊c. Scdo vidēdū eſt qs inſtituit miſſā. Reſpōdeo ꝙ Petrus Iacobus ⁊ baſilius ceſarienſis eps. De petro dr in cronicis ꝙ pmus antiochie pmam miſſam celebrauit ſub tribus orōnibus vt dicit Hugo de ſctō victore lib. ij. de ſacramētis. c. viij. De iacobo ⁊ Baſilio habet de cōſe. di. ij. Iacobus. Dicit aūt Archid. in dicto. c. Iacobus ꝙ iacobus inſtituit dicere ſecretā. Baſilius aūt alia addidit. Pro quo ſciēdū ꝙ miſſa quōdam nō cū tanto apparatu nec cū tanta ſolēnitate dicebat. Primo em̄ ab apl'is dicebātur tm̄ illa xba in celebratio

ne miſſe q̄ dñs dixit. Hoc eſt enim corpus meū. ſed poſtea apoſtoli addiderūt dñicā oratione. Et adhuc etiā aploꝝ cōſuetudo preſentat ſingulis annis ſctō die veneris. excepto ꝙ illo die nō cōſecrat. Poſtea apoſtoli vel eoꝝ ſucceſſores inſtituerunt ꝙ epiſtola ⁊ euangeliū leger et ante ſacrificiū. Primo aūt legebat epl'a. Scd'o euangeliū. Tertio dñica orō. Quarto dicebant v̈ba dñi. ⁊ tūc offertoriū inchoabat a lectore. qui mos ſabbato ſctō penthecoſtes adhuc ſeruatur. Poſtea v̈o ſācti patres ⁊ aplici illas ſolēnitates que nūc ſunt in miſſa addiderunt. vt Alexād̄er. Gelaſius. Greg. Leo Celeſtin⁹. Damaſus ⁊c̄. Canonē aūt dicit Greg. fuiſſe cōpoſitum a quodā ſcolaſtico. Aplici tñ ibi multa addiderūt ſicut infra patebit in ſuis locis de quolibet iſtoꝝ ſpecialiter. Tertio videndū eſt de ꝑparatione ſacerdotis. Et q2 ſacerdos ē quaſi pugil qui dimicare habet cū diabolo ꝓ delictis ppl'i in miſſa. iō armat ſe ꝑmo orōnib⁹. ſcd'o veſtib⁹ ſacris. tertio cerimonijs debitis. Primo igit dicit p̄s. Quā dilecta. Bn̄dixiſti. Inclina. Credidi. et De ꝓfundis. Et hoc quantū ad illos q̄ dicunt officiū romanuz. qd' Lin⁹ inſtituit. Dicūtur aūt iſti qnq3 pſalmi ſm Inno. ꝓpter tranſgreſſionē quinq3 ſenſuuz. Et etiā q2 in quol3 eoꝝ fit cōmemoratio de his q̄ ſpectant ad illud ſacramentuz ⁊ ad remiſſionē pctoꝝ. In ꝑmo dr̄ de altaribus. ibi. Altaria tua dñe v̈tutuz. In ſecūdo de mia dei. ibi. Oſtende nobis dñe. ⁊c̄. In tertio de orōne. ibi. Veniēt ad te ⁊ adorabūt cora3 te. In quarto de oblatiōe. ibi. Calicem ſalutaris accipiā. ⁊c̄. In quīto de finali redēptiōe. ibi. Quia apud dñm mia. ⁊c̄. Secūdo ſacerdos ornat ſe pectendo pilos ⁊ purgando euulſos. per quod deſignatur cogitationū malaꝝ mūdatio. Tertio lauat manus. iuxta illud Iſaye. Lauamini ⁊ mundi eſtote. Quarto induitur ſacris veſtib⁹. Circa qd' ſciēdu3 ꝙ aliter induit ep̄s: q̄3 ſimplex ſacerdos. Nam ep̄s ſm iohēm beleth. primo induit ſandales vel ſotulares. qd' deſignat ocreas pugilloꝝ. Ipſe eīn tūc debet pugnare cū diabolo. vn̄ accipit ſp̄ualia arma. Alba ꝓ lorica operitur. cingulū ꝓ arcu. ſubcingulū ꝓ pharetra. et dicitur ſubcingulū quo ſtola ligatur. Stola circūdat collū. quaſi haſta3 cōtra hoſtem vibret. Manipulo ꝓclamat. Caſula quaſi clipeo ꝓtegit Libro ꝓ gladio vtit. Mitra quaſi galea caput ꝓtegit. Sed ſimplex ſacerdos ꝑmo habet calceos: ſine q̄bus nullus debet celebrare. etia3 q̄ habet ex voto ꝓfeſſionis incedere diſcalciatus ſm Bern̄. de parantinis. Et hoc ſignificat humanitatē xp̄i quā iohānes baptiſta calceū appellauit. vnde in ſignū deſponſationis xp̄i ⁊ eccl'e incedimus diſcalciati. Et demū ſacerdos ponit humerale qd' deſignat velamē xp̄i qd' habuit cū ſibi dicebatur velato capite. ꝓphetiza nobis xp̄e. Alba ſignat veſtimentū quo herodes illuſit xp̄m. Luce. xxij. Cingulum ſignificat flagellū quo ceſus eſt circa columnā. Ioh. xix. Manipulus funē

q̄ ligat⁹ fuit Jo. xviij. Cōphēderūt et ligauerūt eū Stola ſignificat ligamē q̄ ligat⁹ fuit ad colūnā Caſula ſigni purpureū veſtimētū. Jſta ſpūalr ſignāt ꝟtutes i ſacdote. Nā hūerale ſignat fidē q̄ȝ apl̄s appellat galeaȝ. Eph. vj. Alba ſpē q̄ totum cōtegit Ro. viij. Spe ſalui ſum⁹. Cingulus iuſticiā Jſa. xi. Erit iuſticia ciguluȝ lūboꝝ ei⁹. Manipul⁹ ſignificat fortitudinē ꝯtra īpedimētum diaboli. Stola ab vtroq̄ȝ hūero ſignificat prudētiā ⁊ tēperātiā. Caſula q̄ totū opit ſignificat charitatē. Hȝ ḡ ſacdos ſimplex ſex indumēta: q̄ꝛ hȝ ſex officia. ſ. baptizare. p̄dicare catheciȝare. ligare. abſoluere ⁊ conſecrare. Eps̄ ꝟo hȝ nouē. ſ. caligas. ſandalia. ſuccitoriū. mitrā. dalmaticā. tunicā. cirothecas anulū ⁊ baculū: q̄ꝛ eps̄ hȝ plura officia q̄ȝ ſacdos. ſ. virgines ꝯſecrare. eccl̄ias dedicare. clericos ordiare. ſynodū celebrare. chriſma ꝯficere. veſtes. vaſa ⁊ alia ſacra eccl̄ie ornamēta ꝯſecrare: ⁊ ꝯfirmare. ꝯſecratiōnē autē veſtimētoꝝ p̄dictoꝝ Step. inſtituit āno dn̄i. cclvij. Deide ſacdos accedēs altare dicit. Aufer a nob dn̄e cunctas iniq̄tates nr̄as ⁊c̄. ſignādo ſe i facie. ꝓ q̄ð petit oīa īpedimēta a ſe auferri ſeu remoueri. Tādē oſculat̄ reliq̄as i medio altaris dicens Oro te dn̄e ꝑ merita oīm ſctōꝝ tuoꝝ ⁊ eoꝝ q̄ꝝ hic oſſa recōdita ſūt vt eoꝝ ītercessiōe nob dignēris idulgere vniuerſa d̄licta nr̄a ꝑ q̄ð petit ſcōꝝ ſuffragiū q̄ſi ex ſe ſit idign⁹. Deīde oſculat̄ libꝝ dicens. Dign⁹ ſim dn̄e accipe libꝝ ⁊ apprire ſignacula ei⁹ q̄m occiſus es ꝓ nob ⁊ redemiſti nos d̄o i ſāguīe tuo. oſculū illud q̄ð fac̄ i medio altarꝫ ſignificat iudaicū pp̄lm. Euāgeliū ꝟo gētilē q̄ ꝑ euāgeliū credidit. Vn̄ q̄ꝛ xp̄s vtriq̄ȝ pp̄lo veniēs i mūdū dedit pacē. iō vtrūq̄ȝ oſculat̄ Q̄ð āt p̄us ſacdos accedit ad dextꝝ cornu altaris ſignificat ꝙ p̄us xp̄s p̄dicauit iudeis. deide gētib⁹ His expeditis vidēdū ē d̄ ip̄o officio q̄ð hȝ ſex ptes. q̄ꝝ p̄ria vocat̄ p̄paratio ⁊ durat ad epiſtolā. Sc̄da iſtructio. ⁊ durat ad offertoriū. Tertia oblatio: ⁊ durat ad p̄fationē Quarta ꝯſecratio ⁊ durat vſq̄ȝ ad orem⁹ p̄ceptꝫ. q̄nta ſacri ꝑceptio: ⁊ durat vſq̄ȝ ad cōmūiōnē. ſexta gr̄aꝝactio: ⁊ durat vſq̄ȝ ad finem.

### De prima parte miſſe.

Et q̄ꝛ pp̄ls dȝ p̄mo venire cuȝ mētꝫ deuotōe ad eccl̄iaȝ. iðo miſſa p̄mo icipit̄ ab itroitu. Pro q̄ ſciēdū ꝙ oli miſſa īchoabat̄ a lcōnib⁹ ſicut adhuc fit i ſabb̄o paſche ⁊ penth. Vn̄ celeſtin⁹ p̄m⁹ natiōe roman⁹. āno dn̄i. ccccxxvij. iſtituit vt ab itroit⁹ inciperet̄. poſt quē Greg. p̄m⁹ āno dn̄i. cccccix. cātualē itroitū ꝯpoſuit. ⁊ ſignificat deſideriū ſāctoꝝ patrū q̄ icarnationē xp̄i d̄ſiderabāt clamātes d̄uote. Emitte agnū dn̄e dn̄atorē tr̄e ⁊c̄. et iteꝝ. vtinā diſrūpes celos. Per ꝟſū deſignat̄ d̄ſiderij numeroſitas: q̄ꝛ diuerſi diuerſimode clamabāt. iō aūt vt cōit̄ itroit⁹ ſumit̄ de pſalis: q̄ꝛ oliȝ cātabant̄ i p̄ncipio miſſe. cl. pſalī. ſȝ q̄a tedioſū pp̄lo erat. iō pelagi⁹ ſtatuit vt ſolū aliq̄d de ip̄is ſumeret̄. ſ. itroit⁹ cū ꝟ. Aliq̄ tn̄ ſci hn̄t ſpāles itroit⁹ i ſuis feſtis ꝓpt̄ reuerētiā eoꝝ. addit̄ etiā glīa pr̄i. q̄ꝛ lȝ ſol⁹ fili⁹ ſit incarnat⁹ tn̄ tota trinitas opata ē incarnatōȝ. q̄ð damaſcen⁹ pa. iſtituit Obmittit̄ tn̄ i miſſa defūctoꝝ: q̄ꝛ illi

nō ſūt i ſtatu glīe ſꝫ pene. Sil'r i dn̄i
ca paſſiōis dn̄i. qꝛ tūc n̄ recolit glīa
ſꝫ ꝯfuſio i pſōa filij di fctā. reſumit
āt itroit⁹ iō qꝛ tā pcedētes q̄ꝫ ſequē
tes ſci i fide xpi ſūt ꝯcordes. vn̄ ꝛ q̄
pcedebāt ꝛ q̄ ſeq̄bant clamabāt oſā
na. Sciēdū āt ꝙ ſacdos dꝫ pmo e
gredi de ſacriſtia qn̄ itroit⁹ ichoat.
ſiḡt āt egreſſ⁹ ille xpi egreſſū d vtō
v̄gis glioſe: de q̄ pceſſit tāq̄ꝫ ſpōſus
de thalāo ſuo. Scd̄o ppl's dꝫ vēire
cū mētꝫ hūilitate. qd̄ deſiḡt kyriel'.
qd̄ etiā greg. papa cātare nonies i
ſtituit. ꝛ ē grecū ſignificās tm̄ ſicut
dn̄e miſere. Fit āt i greco vt inuat
xpi titl's ſcript⁹ fuiſſe grece ebraice
ꝛ latie. vn̄ oſana ꝛ ſabaoth hebraica
ſūt: reliq̄ v̄o latia. vl' vt ois ligua ꝯ
fiteat xpi paſſionē. Et fit nonies vt
ad. ix. ordinū angelorū ꝯtēplationē
poſſim⁹ pueire. triplicat āt ad lau
dē trinitatꝫ. et recte ſeq̄t p⁹ itroitū.
itroit⁹ ei ſignificat aduētū xpi i car
nē. kyriel' v̄o i mētez. qd̄ ſiḡt p hoc
qd̄ dr miſere nb. Tertio dꝫ ppl's ve
nire cū mētꝫ erectōe qd̄ ſiḡt cāt⁹ an
gelorū. ſ. Glīa i excelſis. ꝛ recte ſeq̄t
p⁹ illa duo. ad ſignādū ꝙ hō ad ad
uētū xpi i carne ꝛ mēte dꝫ gaudere
gaudio ſpūali ꝛ vocal'r exp̄mere. Et
pmo icipit a ſacdote. ſcd̄o a choro
ꝯplet p qd̄ deſiḡt ꝙ pmo vn⁹ cho
r⁹. i. vn⁹ āgel⁹ i natiuitate dn̄i ince
pit iſtū hymnū. p⁹ hoc alij m'lti ipꝫ
ꝓſeq̄bant. vt dr lu. ij. Et qꝛ iſte hy⁹
dict⁹ ē ad laudē dei i natiuitate q̄ ē
mediator di ꝛ hoiꝫ. iō i medio alta
ris dr. vl' qꝛ i media nocte nat⁹ ē. et
qꝛ etiā iſte hy⁹ i ortu xpi i mūdū di
ct⁹ ē. iō facie v̄ſa ad oriētē ipe icipit
Et qꝛ iſtd̄ cāticū ē leticie: iō i aduē
tu n̄ canit. qꝛ ſcti pr̄es nō i re ſꝫ i ſpe
hūerūt pmiū. ſpes āt q̄ differt affli
git aiaꝫ. puer. xiij. Sil'r i. xl. ꝛ. lxx.
vbi recolit lapſ⁹ pmi hoīs flebil' nō
dr. vn̄. ix. ſeptianis tacet ppt nouē
chororū āgelorū ꝯſortij puatōeꝫ. Itē
i die inocētiū n̄ cātat: qꝛ fuerūt nō i
glīaꝫ ſꝫ i vituperiū xpi occiſi. Gnāl'r
tn̄ dr iſte hy⁹ qn̄ dr Te deū lau. exce
pto ſabbo paſche ꝛ cēa dn̄i ppt ſpā
les rōnes. In cena āt dn̄i nō dr niſi
ab epō. ſꝫ ſabbo paſche ab oīb⁹. qꝛ
illa miſſa ē q̄dāmodo diei ſeq̄ntꝫ. ſ.
reſurrectōis xpi. vn̄ i nocte deberet
celebrari. de ꝯſe. di. ij. nocte. Deide
ſacdos v̄tit ſe ad ppl'z dicēs. Dn̄s
vobcuꝫ. qd̄ valet tm̄. i. dn̄s tribuat
pctōrib⁹ affectū ꝛ volūtatē bonā. ſꝫ
epūs dic pax vob: qꝛ ē vicari⁹ xpi. q̄
dixit aplis ſuis poſt reſurrectioneꝫ
ſuā: pax vob. q̄ſi diceret in p̄nti det
vob pax tpis. ꝛ i futo pax et'nitatꝫ.
ꝛ chor⁹ r̄ndet. Et cū ſpū tuo. i. dn̄s
q̄ ē i corde tuo ſit etꝫ nobcū i corde
nr̄o. ꝛ hoc v̄bū dn̄s vobcū ſūptū ē
de lib. ruth. c. ij. ſic ei legit booz ſa
lutaſſe meſſores ſuos. ꝛ ppha i pa
ral'. aſa regē ꝛ q̄ cū eo erāt. ꝛ angel⁹
ſalutās gedeonē dix. dn̄s tecū. Sꝫ
h⁹ v̄bū ꝛ cū ſpū tuo ſūptū ē ab aplo
ad thi. vl. Sciēdū tn̄ ꝙ ſacdos v̄tit
ſe i miſſa q̄nq̄es ad d'ſignādū ꝙ x⁹
p⁹ reſrectōeꝫ ſuā ipo die reſrectōis
q̄nq̄es appuit ſuis electꝫ. pmo ma.
mag. ſcd̄o mulierib⁹. tcio petro. q̄r
to duob⁹ diſci. i emaus eūtib⁹. q̄n
to oīb⁹ diſc. abſēte tho. Et qꝛ ppl's
ꝯuenit ad orādū cū itētiōe ipetrādi
iō ſtati ſeq̄t colecta. vn̄ dic ſacdos. o
rē⁹ ſigns ill'd ꝙ x⁹ dix aplis. orate
n̄ itretꝫ i tētatōeꝫ. p ꝙ et r̄ddit ſe idig
nū vn̄ q̄ ꝯuocās ad ſe fideles dic orē⁹
i. ōs orate vt ꝙ peti⁹ facil'⁹ ipetrē⁹

Et tūc dicit̄ collecta ſeu oratio que
deſignat ꝙ xp̄us dans nobis exem
plum orauit. Et dicit̄ collecta: quia
fit ſuper pp̄lm collectuz vel quia in
ea colligitur populi oratio ſeu dep̄-
catio. Et fit in dextera parte altaris
per quam deſignant̄ bona eterna et
ſp̄ualia que primo ſunt petenda iux
ta illud. Primuz querite regnū dei.
Fit etiā verſus orientem iuxta Da-
maſcenuz. li. iiij. ca. xj. vt paradiſuz
affectare monſtraremꝰ que eſt in p̄ti
bus orientis. Secūdo vt xp̄m cruci
fixū qui verſus orientē ſtans in cru-
ce reſpiciebat attendamꝰ. Tertio vt
ip̄m iudicem inde venturum ſignifi
cemꝰ. Quādoq̄ autem d̄r vna or̄o
ratione ſolēnitatis. Aliquando due
vel tres vſq̄ ad ſeptenarium et non
vltra quia ſm̄ Inno. dn̄s ſeptem pe
tionibus docuit orare. Et etiam q̄
vltra in tediū verteret̄. de cōſe. diſti.
ij. cum om̄ia. Qn̄ aūt imponuntur
plures collecte tunc primo imponā-
tur due poſtea tres vel primo vna vl'
poſtmodum due ita ꝙ maior nume
rus ſequat̄. Et ſemp̄ fiant in nume-
ro impari: q̄ p̄ſone diuine ſunt im-
pares in numero. Et dirigunt̄ oēs
orationes patri ꝛ filio ꝛ nō ſp̄uiſctō:
q̄ cū ipſe ſit donū a dono non petit̄
donuz ſm̄ Bern̄. de parantinis. De
modo aūt cōcludendi collectas dā-
tur verſus. Per dn̄m dicas cū p̄rez
preſbiter oras. Cū xp̄m memores p
eundē dicere debes. Cum xp̄o loq̄-
ris. per eundez dicere queras. Qui
tecum ſi ſit collecta finis in illo. Si
ſp̄us almꝰ eiuſdē dicere debes. hoc
eſt. vbicūq̄ ad deū patrē dirigit̄ or̄o
et non eſt mentio de filio dicat̄ p dn̄z
ꝛc. Si aūt ibi eſt mentio filij dicatur
per eundez dn̄m. ꝛc. Si aūt ibi ē mē
tio de ſp̄uſctō dicat̄ per dn̄m ꝛc. qui
tecum viuit ꝛ regnat in vnitate eiuſ-
dem ſp̄uſſcti deus per omnia ſeculo
ſeculorū amen. i. p oīa p̄n̄tia et futu-
ra. Nullus aūt debet ſibi facere no-
uas collectas que nō ſunt ab eccl'ia
probate. q̄ hoc ꝓhibuit ꝯſiliū affri
canum cui interfuit. Aug. Sciendū
etiaz ꝙ ſi imponit̄ collecta defuncto
ruz in miſſa viuorū ꝙ illa debet eſſe
penultia ꝛ nō vltia q̄ finis debet ſuo
principio conuenire. Nullo aūt mo
do in miſſa defunctorū collecta pro
viuis debet imponi: quia mortui vi
uos iuuare nō poſſunt. Item collec
tas dici precepit Symachus natio
ne ſardus anno. ccccxciiij.

## De ſecunda parte miſſe.

Expedita prima parte
miſſe que eſt ad popu
li preparationez dicē-
dum eſt de ſecūda que
eſt ad populi inſtructi-
onez ꝛ incipit ab epiſtola in qua do
cetur pp̄lus i diuinis mādatis. Et
habet ſex partes ſcz myſterialem in
formationez de qua in epiſtola peni
tentionalez opationē de qua in gra
duali: ſalutarem lamentationē. de q̄
in tractu ſp̄ualem exultationem. de
qua in all'a. principalez inſtructiōez
de qua in euangelio. ꝛ ſpecialē fidei
inſtructionem. de qua in ſymbolo.
Scd̄z aūt Inno. epiſtola ſignificat
officiū precurſoris: qui preibat ante
faciem dn̄i. Et quia predixit. p̄niaz
agite. ideo ſequitur graduale. Sed
quia poſt penitentiaz ſequitur gau-
diuz. quia ipſe dixit. Appropinqua

bit em̄ regnū celorum. iō ſequit᷑ alle
luia qđ eſt cantus gaudij. Et quia
poſt Johis doctrinam ſecuta eſt do
ctrina xp̄i. iō ſequit᷑ euangelium q̄
eſt doctrina xp̄i poſt quā ſecuta eſt
fides apoſtoloꝝ. iō ſequit᷑ ſymbolū.
Quare aūt epiſtole nō ſūt de libris
moyſi: qꝛ in illis ꝓmittunt᷑ tempora
lia. In epiſtolis vero pauli eterna-
lia. Et hac rōne lectiones de libris
moyſi terminant᷑ in grauem accen-
tuȝ. Sed lectiōes epiſtolarū in acu
tum qꝛ ſurſum tendūt. Graduale fȝ
Inno. đr a gradibus in quibus cā-
tabat᷑: ꝛ ſignificat cōuerſionem fide
lium penitētium. Et interponit᷑ ver
ſus ad deſignādum ꝙ nullus veraȝ
penitētiā facit niſi plene conuerſus
ſit ad deum. Et obmittit᷑ graduale
in feſtis paſchalibus: ꝛ loco eius đr
Hec dies. Quia illi dies ſtatū eccl'ie
futurum felicem inſinuant ſcȝ ſtatū
poſt reſurrectionē vbi nō erit pena
ſed gaudium Alleluia vox leticie ſi
gnificat gaudiū penitentiuȝ qđ ha
bent ex ꝓmiſſo p̄mio Et canit᷑ etiā
in aduentu. qꝛ licet ſancti patres ha
buerunt ſpem de incarnatiōe xp̄i.
tamen qꝛ certi de hoc erāt ideo exul
tabāt. Sed in ſeptuageſima obmit
titur: qꝛ tūc caſus p̄mi hominis de
fletur loco cuius canitur tractuſ cū
ꝓlixitate ꝛ aſperitate vocis. ſignifi-
cans ꝓlixitatem miſerie p̄ſentis in-
colatus. Et hoc Symachus papa
inſtituit ſicut ꝛ colectas. Addit᷑ etiā
quādoqꝫ pſa poſt alleluia. ſ. que eſt
vox exultatiōis. ad ſignanduȝ gau
dium corporis ꝛ aīe. Et eſt inſtitu-
ta a Nicolao papa. Prius em̄ can
tabatur neuma quoddam longum
poſt alleluia. loco cuius Nicolaus
papa in feſtiuitatibus precipuis ꝓ
ſam cantare inſtituit Significat eti
am diutina ꝓtractio notarum ipſi
us alleluia gaudium celeſtis patrie
quod eſt abſqꝫ fine: ꝛ fit ſine voce ſi
gnificatiua. qꝛ tale gaudium nulla
lingua exp̄mere poteſt ꝛc. Euange
lium quod legit᷑ in ſiniſtra parte al-
taris deſignat ꝙ p̄ ipſum pctōres
ſunt vocati. Et đr verſus aqlonem
ad euitationē maloꝝ ꝛ imitationē
bonoꝝ. Mali em̄ p̄ aquilonez ſigni
ficant᷑. Nam p̄ aquilonē dyabolus
frequent᷑ deſignat᷑ cōtra quē eſt euā
gelium. Et đr in loco alto ſcȝ in pul
pito: qđ non fit in ep̄la: qꝛ altus lo-
cus datur ſeruantibus euangelium
qꝛ celum. Et ꝓpter hoc etiam ter-
minat᷑ in altū. Premittit᷑ autē ante
euangeliū dn̄s vobiſcum. ſalutatio
populi p̄ qđ diſponit pp̄lm ad audi
endum deuote. Et chorus reſpon-
det: ꝛ cū ſpiritu tuo. i. ſicut tecuȝ eſt
deus ad dicendum verbum dei. ita
nobiſcum ſit ad audiēdū. Deinde ſi
gnat ſe in p̄ncipio ꝛ in fine. Primo
in libro facit ſignum crucis q̄ſi di-
cat crucifixū p̄dico. Scđo in pecto
re q̄ſi dicat crucifixū credo. Deide
in facie: ac ſi dicat crucifixū p̄dica-
re non erubeſco. Sil'r populus faci
āt ne diabolus vertat facies ac mē
tes eorum ab auditione verbi dei i
principio: ꝛ in fine. ne verbuȝ tollat
de cordibus eorum. Debȝ etiaȝ po
pulus ſtare ꝛ non ſedere in ſignum
ꝙ ſun t parati pugnare ꝓ euāgelio
ꝛ caput eleuare in ſignum reueren-
tie. Et hoc ſtatuit Anaſtaſius pa-
pa primus anno dn̄i. cccc. ꝛ. iiij. ha-

betur etiam de cō. di. j. apl'ica. Item arma vel baculos ponere in ſignuz ꝙ iuxta doctrinā euāgelicaz parati ſunt nō armis ſed patientia ſe defendere iuxta illud. Si qs te ꝑcuſſerit ad vnā maxillā p̄be ei ⁊ alteraz. Aliqñ aūt thuriſicat circa euāgelium ꝑ qḋ ſignificat odoꝛ bone operatiōis iuxta illud. Sic luceat lux vr̄a ⁊c̄. Dat etiā oſculum libꝛi tm̄ ſacerdotibus poſt euangelium ⁊ clericis. ad deſignandū ꝙ ipſis debent eſſe manifeſta diuina ſecreta. ceteris aūt in parabolis. Lu. viij. Poſt hoc canit ſymbolum nicenū: qḋ Marcianus romanus poſt. Siluestruz inſtituit anno dn̄i. ccc. xxxix. Et dꝛ a ſim ꝙ eſt con ⁊ bolos morſus q̄ſi cōpoſitū per morſellos paruos. i. articulos. Eſt eīn collectū ex diuerſis locis ſacre ſcripture in quo eſt tota fides. Compoſitū eſt tñ ꝓpter maioꝛem cautelā. ſ. ꝓpter herecticos: ne ſit difficile q̄rere articulos fidei i ſcripturis multis. Et eſt triplex ſymbolū. Primū apoſtoloꝝ. ſ. credo. qḋ cōmuniter dꝛ in p̄ma ⁊ in cōpletoꝛio. Scḋm Athanaſij. ſ. Quicunq̧ vult ſaluus eſſe. Et terciuz nicenū quod in ſynodo nicena fuit cōpoſitū. Iſtḋ autē potius canit in miſſa ꝙ aliud: qꝛ cōditū eſt tp̄e veritatis ꝓpalate cōtra herecticos inſurgētes: ⁊ clarꝰ eſt determinatiuū fidei q̄ȝ ſymboluz aploꝝ. ideo potius canit iſtud q̄ȝ illud. Vñ licet eadez ſit veritas vtrobiq̧. magis tñ clare in vno q̄ȝ alio. Canit aūt alte ⁊ expreſſe vt omnes illud diſcant ⁊ ſciant.

## De tertia parte miſſe.

COnſequenter vidēdū eſt de tertia p̄te miſſe q̄ dꝛ oblatio q̄ continet ſub ſe ſex p̄tes. Pria ē ppl'i exultatio ꝓ q̄bus offerre dꝫ. ⁊ hec ſignatur ꝑ offertoꝛium. Secunda eſt oblationis p̄ſentatio ibi Suſcipe ſctā trinitas. Tertia eſt altaris thuriſicatio. Quarta coꝛdis humiliatio. cū dꝛ i ſp̄ū humiliationis. Quinta ſequens oꝛatianem .ſ. ſecretū Sexta manuum ablutio. Circa qḋ ſciendū ꝙ ſacerdos poſt ſymbolū dicit dn̄s vobiſcū. ad ſignificanduz ꝙ exquo debet ad oblationez accedere. ⁊ nulla oblatio poteſt eſſe accepta ſine deo. iō dicit dn̄s vobiſcum Et quia taz ſacerdos q̄ȝ populus debent eſſe valde attēti circa oblationē hoſtie ſalutaris vñ tūc q̄ſi excitādo populuz ſacerdos dicit. Oꝛemus Nō tñ vlterius ꝓſeq̄tur voce alta: ſed ſub ſilētio dicit offertoꝛium. ꝑ quod denotat ſuā intentionē maxime recollectā ad deū. Significat etiā illud ſilētiū latibulū xp̄i ante paſſionē. qñ iudei cōſpirauerunt cōtra eū vt ſi qs eū cōfiteret extra ſynagogā fieret: cātat tñ tunc choꝛus valde letabūde ad deſignādū hylaritatē offerētium qꝛ datoꝛē hylarem diligit deus. Et qꝛ legit etiā de dauid ꝙ cytharā cū cantoꝛibus percutiebat. Tenētur aūt fideles ad oblationes ſc̄m cōſuetudinē approbataz in aliquibus feſtiuitatibus: vt ḋ cō. di. iij. oīs xp̄ianus. qꝛ dictum eſt a dn̄o. Non apparebis in conſpectu meo vacuus. Licet aūt hoc ſit p̄ceptum tñ q̄ȝtum ad q̄ȝtitatē. vt tm̄ vl tantum offeratur non eſt p̄ceptum

ſed cõſilium. iuxta illud Exo. xxv.
Ab omni hoĩe q̃ offert vltroneuſ ac
cipietis eas ſcilicet oblationes.

SEquitur ſecunda ps
tertie ptis. ſcʒ. oblati-
onis pñtatio. Circa
qđ ſciẽdũ q̃ ſacerdos
volẽs pſentare oblati
onẽ deo parat pmo materiã. Et p-
mo p hoſtia accipit panẽ triticeuʒ
azimũ mũdũ ꝛ purũ ꝛ p ſanguinis
cõſectione accipit vinũ bonum ꝛ ſa
pidũ admixta modica aq̃ q̃ poſſet
abſorberi a vino. quo facto dicit Fi
at hec cõmixtio vini pariter ꝛ aque
In noĩe pa. ꝛ fi. ꝛ ſſ. Deinde accipit
calicem tenendo vna manu in me-
dio. ꝛ reliqua ſuſtendando pedẽ ca
licis: ꝛ alte ſubleuando dicit. Suſci
pe ſctã trinitas hãc oblationẽ. q̃ ora
tio de ſe indicat qđ vel p quo tunc
orat. tũc eñ orat eccleſia deũ ꝛc. Di
cta autem iſta oratiõe debet calicez
deponere deorſum ꝛ patenã deſup
tollat. ꝛ panez ad pedes calicis col
locare videlʒ inter ſe ꝛ calicẽ ſʒ mo
dũ magis cõmunẽ Calix ſignificat
xpi diuinitatẽ. patena humanitatẽ
q̃ diuinitatez ſicut patena calicem
cõtexit. Sed tũc patena ſub corpo-
rali obſeruat. qꝛ diſcipli relicto xpo
oẽs fugerunt. Calix autẽ corporali
opitur qđ ſignat ſepulturaʒ xpi. de
bet aũt corporale eſſe de lino mũdo
ꝛ cãdido ſm Hugonẽ ꝛ ſm cõciliuʒ
lugdunẽ. vt etiã habet in bocardo
li. iij. Hoc inſtituit ſilueſter primus
anno dñi. cccxv. Nec debet in eo al
terius rei materia pcioſior aut vili
or miſceri. vñ dicebat Jo. de deo ſʒ
q̃ refert archid. de cõ. di. j. cõſultu.
q̃ illi grauiter peccant ꝛ offendunt
q̃ mittunt corporale cõfici cum fari
na ad hoc q̃ ſtet rigidũ ſup calicem
Nec tale corporale dʒ per mulieres
lauari niſi p ſacerdotẽ prius lauet i
vaſe ſpecialiter ad hoc deputato. in
quo nihil eſt poſtmodũ lauanduʒ.
vt dr de cõ. diſt. j. nemo. Significat
aũt hoc corporale ſʒ archid vbi ſu
pra eccliam. Quod aũt ſupraponit
calici ſignificat q̃ xpi paſſionem ec
cleſia nõ deſinit imitari. Corporale
autẽ multo labore candidatur ꝛ ec-
cleſia multo labore xpo conformat
Itẽ ſignat ſyndoneũ in qua xps fu-
it inuolutus: ꝛ ideo fit corporale de
lino: qꝛ ſicut linũ multis pulſiõibus
ꝛ tunſiõibꝰ ad cãdorẽ deducit. ita ec
clia p illđ ſignificatũ q̃ p corpꝰ xpi
itelligit multis pſſiõibꝰ ꝛ paſſiõibꝰ
ad candorẽ vite eterne pducit. Et
ita etiam corpus xpi p illud ſignifi
catũ p multas tribulatões venit ad
gl'iam: vt dicit glo. j. c. pſultu. đ cõ.
di. j. Et qꝛ dictũ eſt q̃ calix cooptus
ſignificat xpi ſepulturã hinc ẽ q̃ tũc
maria mag. venit vngere ieſum ꝛc.

TErtia ps ẽ altarj thu
rificatõ maria ei mag
dalena accepit libraʒ
vnguenti nardi piſtici
precioſi ꝛ vnxit pedes
ieſu. ꝛ domus impleta eſt ex odore
vnguenti. Et ſacerdos in modum
crucis ſuperducit ꝛ circumducit in-
cenſum ſupra ſacrificium et altare
vt ꝛ crucis ſignaculo ꝛ thuris incen
ſo diabolice fraudis malignitas ex
tricetur ꝛ effugiat. Quod vero ter-
tio ſuperducit ꝛ circumducit incen
ſuʒ deſignat q̃ maria ter exhibuit ꝛ

adhibuit vnguentū circa corpꝰ ie-
ſu. Primo cū vnxit pedes ipſius i
domo ſymonis phariſei. Scđo in
domo ſymonis leproſi ſuper caput
eius vnguentū effudit. Tertio cum
emit aromata vt veniēs vngeret ie
ſum ⁊c̄. voluntas eñi reputat̄ ꝓ fa-
cto. cū et ꝑ ſeipſam nō ſteterit quo
minus expleſſet qđ incepit. Quod
vero poſtmodū vndiqꝫ totū incen-
ſatur altare deſignat ꝙ factū illud
totū reſperſit eccleſiā. ſicut dñs ipe
teſtatur dicens. Amen dico vobis:
vbicunqꝫ ⁊c̄. Math. xxvj. Et Leo
papa ſtatuit incenſum ſuꝑ oblataꝫ
fieri. qđ ⁊ conciliū rothomageñ. fie
ri ſtatuit. De alijs etiā thurificatio
nis ſignificationibus plura vide in
rationali diuinorum.

S Equitur quarta pars
tertie partis de humi
liatione. vbi ſacerdos
dicit inclinato capite
In ſpū humilitatiſ. ⁊c̄.
⁊ eſt orō. Danielis. iij. ca. vbi ſacer
dos ꝓfunde inclinat̄ habens manꝰ
ante pectus. ⁊ circa hoc oſculat̄ al
tare in ſignū crucis. qꝛ per paſſionē
crucis reconciliati ſumus deo et in
eius amiciciā admiſſi. ad Eph. ij.
Alij tñ nō oſculātur hic altare. Dei
de ſequitur orō. Ubi ſciendū ꝙ ſa-
cerdos vertit ſe tūc ad populū eos
ſalutādo dicēs hec verba. Orate ꝓ
me peccatore. ꝑ que ꝟba ſacerdos
implorat auxiliū circūſtantiū ꝓpt̄
altitudinē ſacramēti. Et debēt iſta
verba ſonoroſe ⁊ expſſe dici Et tūc
vertit ſe ſacerdos ad alterā partem
dicens. Dñe exaudi orōnē meā: qꝛ
tūc orat ſingulari orōne. Et in hoc
multi errāt ſuppreſſe illa ꝟba dicē-
tes: ⁊ cū hoc nolentes ſe vertere ad
poplm nec ad alterā partē altaris:
qđ nō ē ſine pctō. Iſta cōuerſio ad
pplꝫ cū ſilētio ſbſeqnt̄ ſignificat oc
cultā apparitionē xpi qua apparu-
it petro. qꝛ licet certū ſit ꝙ ei in die
reſurrectōis apparuerit. vt dꝫ Luc
vltimo. tñ incertū ē vbi: ergo fit ſub
ſilētio Unde qnto ſequit̄ ſecreta: qꝛ
ſecrete dꝫ vt notet̄ mētalis cōuerſio
ad deū: vt ſit ſacrificiū āte deū gra-
tuꝫ. Debēt eñi tot dici ſecrete quot
fuerūt in principio collecte. ⁊ eodeꝫ
ordine poni ⁊ cōcludi. Sed tñ in fi
ne omniū dicit̄ expreſſe. ꝑ oīa ſecla
ſeculoꝝ. ſcꝫ. ad ſignificandū ꝙ licet
ſacdos orat vt pſona ſingularis: tñ
ex quo ꝓ toto populo orat. ideo oc
culte nō debet finiri. Uel ad innuē-
dum ꝙ ſacerdos hic poſtulat auxi
liū populi. vnde expſſe reſpōdet cle
ricus amen. ad deſignandū ꝙ poſt
lazari reſuſcitationem xps publice
predicauit.

H Eſtat nunc videre de
qnta parte tertie par
tis que dicit̄ ſequens
orō vel prefatio. q̄ ha
bet quatuor partes.
In prima pplus ſalutat̄ cū dicitur
Dñs vobiſcū. In ſecūda ratio aſſi-
gnatur. ibi. Uere dignū. ⁊c̄. In ter-
tia laus diuina a pplo cātatur: cuꝫ
dicit̄. Sāctus. ſctūs. ſāctus. ⁊c̄. In
quarta canon ipſe inchoat̄. ibi. Te
igitur clemē. ⁊c̄. Quantū ad pmuꝫ
ſacerdos ſalutādo pplm primo ex
citat eū ad attentionē dicens. Dñs
vobiſcū. Scđo ad mētis erectionē
ibi. Surſū corda. Tertio ad grāꝝ

actiões.ibi.Grãs agam⁹.Excitat aũt ad attentionē ꝓpter reuerentiā ſacramēti in quo xp̄s ſumit ip̄e fōs bonitatis.idō ſacerdos dicit.Dn̄s vobiſcū.Deīde dicit Surſū corda. ad deſignandū ꝙ circa hoc ſacr̄m debem⁹ habere altitudinē contemplationis.⁊ ea q̄ ſurſuꝫ ſunt appetere.vt dr̄ Col.iij.Et etiā qꝛ iſtud ſacramentū nō poteſt rite pfici ſine illo q̄ eſt ſurſum:a quo cūcta bona ꝓcedūt:vt dicit Greg.Et a quo om̄e bonū ꝓcedit.vt dr̄ iacobi.j.Et ad deſignandū ꝙ hoc ſacr̄m nō ꝓdeſt niſi habētibus corda ſurſū.Ad qđ ſtatim rn̄det miniſter.Habem⁹ ad dn̄m.Et eſt ſenſus.i.habemus corda nr̄a ad dn̄m leuata.Sed forte in hoc multi mētiunt habētes corda depſſa.quos arguit ꝓpheta dicēs. Filij hominū vſqꝫ quo graui corde. Tertio excitat ppl̄s ad grãꝝ actiones.ibi.Grãs agam⁹ dn̄o deo nr̄o Ubi vide ꝯgruentiā laudis.qꝛ eñ eſt dn̄s ergo a ſeruis vult laudari. Malach.j.Si ego ſum dn̄s vbi eſt honor meus:Et qꝛ deus ideo vult coli.⁊ qꝛ noſter eſt:ideo ſpecialiter vult honorari vel venerari.Et q̄a tā innocētes q̄ꝫ penitētes habēt laudare deū.ideo dr̄ recte.dignū et iuſtū eſt.Et certe dignū ratōe ſue maieſtatis.iuxta illud Apoc.vij.Bn̄dictio ⁊ claritas ⁊ ſapiētia ⁊ grãrū actio honor ⁊ virtus ⁊ fortitudo đo nr̄o.dignū etiā ꝓ tātis bn̄ficijs nobis impēſis.dignū rōne ſupabundantis charitatis.ex quo ꝓprio filio ſuo nō pepcit deus ⁊c.Quarto ſtatim rō aſſignat hui⁹ a ſacerdote cū dr̄.Uere dignuꝫ.Et hic incipit p̄fatio que repſentat illud gaudiuꝫ pueroꝝ cātantiū in die palmarum. Bn̄dictus q̄ venit in noīe dn̄i.Tpe aũt quo cantat prefatio debēt manus eleuari ad deſignandū ꝙ tunc ſacerdos vult orare ꝓ celeſtibus. Et ꝑ iſta v̄ba ſacerdos approbat p̄mo deū digne eē laudādū.Scđo inuitat angeloꝝ exēplo cum dicit. quā maieſtatē tuā laudāt angeli.q.d.ſm Inno.dignū eſt:qꝛ mera nos volūtate feciſti.Iuſtū:qꝛ mera miſericordia redemiſti.Equū:qꝛ gratuitate nos viſitaſti.Salutare:qꝛ perpetue nos ſaluaſti.Nos tibi ſemꝑ. id eſt in omni tp̄e.⁊ vbiqꝫ.i.in omni loco.Et ſi nō actualiter tñ habitualiter:nō ponēdo videlꝫ obicē mortalis peccati.Unde nō ceſſat orare q̄ nō ceſſat bene facere ſm Augu.

Circa qđ ſciendū ꝙ tantū deceꝫ ſunt p̄fationes.Pelagius eñ papa ſtatuit nouē.ſed Urban⁹ papa anno dn̄i.cccc.xliiij.addidit decimā de btā virgine.Quotidianā autem p̄fationē fecit Symach⁹ natione ſardus anno dn̄i.cccc.xciij.Prima ē de natiuitate.ſcđa de epiphania.tertia de quadrageſima.quarta de reſurrectiōe.quinta de aſcēſione.ſexta de pēthecoſte.ſeptima de trinitate.octaua de ſācta cruce.nona de apl̄is.decima de btā virgine. de hoc habet de ꝯſe.di.j.inuenim⁹ Ex quo patet p̄fationē nouiter inuentā de dedicatiōe eccl̄ie eſſe ſupfluaꝫ ⁊ erronee introductā.niſi al̄s interueniret auctoritas pape.de q̄ tñ vſqꝫ modo nō conſtat.Unde illi ea vtētes grauiter peccāt.Cuꝫ eñ vnā collectā minimā nō poſſūt mu

tare vel addere.multomagis taʒ ſo
lennem prefationeʒ pro ſuo libitu i-
mutare q̃s preſumat. Deinde ſequi
tur ſanctus.quod Sixtus primus
anno dñi.cxxix.inſtituit. per qd̓ ſa-
cerdos orat vt laus noſtra et voces
noſtre laudibꝰ et vocibus angelorũ
aſſocientur.quia ãgeli ſemꝑ cãtant
ſanctus. Ter autem canit᷑ ad hono-
rem trinitatis. Oſanna.bis ad deſi-
gnandum duplicẽ ſtolaʒ ſeu gaudi-
uʒ corporis ſcʒ ⁊ anime. ⁊ ſignificat
tantum id eſt obſecro ſalua.

SEquit᷑ ſexta pars ter-
tie partis principalis
miſſe.ſ.ablutio manu
um. Primario eñ ſa-
cerdos abluit manus
ad ſignificandũ ꝙ debet carere mor
talibus ſed in hoc loco abluit quia
iuxta poſſe ſuũ dʒ etiã carere veniali
bus. Et ideo ſolũ capita digitoꝝ ꝓ-
fundit. Et licet aliq̃ dicũt tũc verſi-
culũ.lauabo inter innocentes manꝰ
meas: tñ cõuenientius obmittit᷑ ꝓ-
ter cõtinuationẽ ſequẽtis canonis q̃
incipit. Te igit᷑: cuius preludiũ fuit
ſctũs. Senſus eñ eſt. Te igit᷑ clemẽ
tiſſime id eſt te q̃ ſanctꝰ es dñs deus
ſabaoth deprecor qd̓ congrue fieri
nõ poſſet interpoſitis aliq̃bus v̓bis
puta. Lauabo inter innocẽtes ma-
nus meas ⁊c. que faciũt notabilem
diſcõtinuatõeʒ illaꝝ orõnũ pricipa
liũ.⁊ ideo cautiꝰ obmittit᷑ q̄ʒ dicitur.

## De quarta parte miſſe.

SEquitur quarta parſ
principalis miſſe.ſ.ca
non. Ad cuiꝰ euidẽtiã
ſciendũʒ ꝙ canon gre-
ce interpretatur regla
latine.quia multuʒ regulate cõpoſi
tus eſt. Dicit᷑ aũt ꝙ Gelaſius papa
canoneʒ principalit᷑ ordinauit:licet
a pluribus ſit aliq̃d additũ in eo:tñ
ab vno eſt compoſitꝰ. Dicitur auteʒ
ꝙ Clemẽs ſcd̓us ãno.lxxj.poſt Cle
tum inſtituit canonem ante cõſecra
tioneʒ:⁊ ita dicit᷑ canon quaſi lex re-
gulis ſctoꝝ patrũ editus ⁊ cõpoſitꝰ
Dicit᷑ etiam ſub ſilentio ſm Inno-
primo ad ſignificandũ ꝙ xp̃s ſe ceſ-
ſerat in Effrem a iudeis. Secundo
propter maioreʒ conuerſionẽ men-
tis ad deum:quia tunc ſacerdos de-
bet intrare thalamuʒ cordis. ⁊ oſtio
ſenſuum clauſo deum orare. Tertio
propter periculi euitationeʒ. ne vſu
quotidiano verba ſacra vileſcant.
Quarto propter maioreʒ reuerẽtiã
quia que in publico fiunt citius vi-
leſcunt. Hec Bernardus de paran-
tinis. Incipit autẽ ab illa littera. T
que valde repreſentat ſignuʒ crucis
ad ſignificandũ ꝙ hoc ſacramentũ
ſeu ſacrificium fit ad memoriaʒ paſ
ſionis chriſti i cruce. Et fit circa ca
noneʒ ymago crucifixi vt tanto me
lius imprimat᷑ memoria xp̃i paſſio-
nis in cruce ipſi celebrãti. Accedẽs
aũt ſacerdos poſt ablutionem p̃mo
benedicit ſe.ſecũdo compoſitis ma
nibus oſculat᷑ ymaginem crucifixi.
inclinando ſe humiliter deſignans
humileʒ inclinationẽ quã fecit xp̃s
ante ſuam paſſionẽ:in qua factus ẽ
ſudor eius ſicut gutte ſanguinis de
currẽtis in terrã.ſicut habetur Luc
xxij. Alij autẽ oſculantur altare ad
ſignificanduʒ ꝙ per hoc ſacramẽtũ
acquirimus veram dilectionem cuʒ
xp̃o quia miniſter non debet eſſe in-

fidelis:vt iudas. Deinde incipit di-
cens. Te igitur. Circa quod notan
duz ꝙ illa coniūctio igit̄ eſt illatiua
reſpectu precedentiū vnde exquo di
xit prius:ſanctus dn̄s : nunc infert.
Te igitur clementiſſime pater q̄ es
ſanctꝰ. Dicitur autez clementiſſimꝰ
quaſi in miſericordia ſumme abun-
dans. Et hec verba dicēs ſacerdos
ſe inclinat deſignans xp̄i humilita-
tem ſeu humiliationem ad paſſionē
Additur etiam per ieſum xp̄m filiū
tuum dn̄m noſtruz. Hoc fit ideo:qꝛ
xp̄s docuit in ſuo nomine om̄ia eſſe
petenda.iuxta illud. Joh. xvj. Amē
amen dico vobis ſi q̄d patrez petie-
ritis in nomine meo ꝛc̄. Deſcribitur
aūt quadrupliciter. Primo vt ſal-
uatoꝛ:qꝛ ieſus Math. primo. Uo-
cabis nomē eius ieſus. q̄d interp̄ta-
tur ſaluatoꝛ. Secundo vt rex : quia
xp̄s quod interpretatꝛ vnctꝰ. Pſal.
Unxit te deus deꝰ tuus. Tertio vt
patri naturaliter dilectus. qꝛ filiuz.
Quarto vt nobis prelatus qꝛ dn̄m
noſtrū. Supplices.i.humiles roga
mus ſm̄ Bern̄. de parantinis.roga
mus pro illis que nobis deficiunt.
ac petimus pro illis que ad ſalutem
noſtrā nobis neceſſaria ſunt. Uti ac
cepta habeas.i.accipias ſeu grata
habeas. Et aliq̄ hic oſculantꝛ alta-
re q̄ſi oſtendentes ſe cōpati xp̄o. ſed
non eſt de eſſentia. Et dꝫ ꝓduci illa
dictio vti in fine. Naz licet idem va-
let vt ꝛ vti tn̄ plus eſt expreſſiua. hec
dona dicuntꝛ dona q̄ dantꝛ a ſupioꝛi-
bus:quia hoc ſacrificiuz fit virtute
ſupremi dei. ideo dicitꝛ donum. Mu
nera dicuntur munera quia dantur
ſeu offeruntur ab inferioꝛibus. hoc
enim ſacrificiuz miniſterio ſacerdo-
tum offeritur deo patri. Hec ſancta
ſacrificia dicuntꝛ:quia fiunt pro pec
catis noſtris. Dicuntur autez illiba
ta id eſt incoꝛrupta non ꝙ illa acci-
dentia nō poſſunt coꝛrūpi ſed ꝙ cō-
tentuz ſub eis ſcilicet coꝛpus chꝛiſti
et ſanguis non coꝛrumpitꝛ iuxta ill' d'
Non dabis ſanctum tuū videre coꝛ
ruptionez. Fiunt autem tres cruces
in verbis iſtis. Hec dona. hec mune
ra. hec ſancta ſacrificia illibata. pro
quo ſciendum ꝙ ſacerdos ideo vtitꝛ
ſepiſſime ſigno crucis circa hoc ſa-
cramentum magis q̄ʒ circa aliud qꝛ
iſtud ſacramentuz eſt magis memo
riale paſſionis chꝛiſti que ad crucez
eſt terminata. Fiunt autem hic pri-
mo tres cruces ad deſignanduz tri-
plicem chꝛiſti traditionem. quaru m
prima fuit gratioſa a dō patre ex di
lectione. qui pꝛopꝛio filio ſuo nō pe-
percit ſed pro nobis tradidit illum
Secūda fuit a iuda que fuit ex aua-
ricia ꝛ cupiditate. eo ꝙ pecuniaz ꝓ
eo recepit:quam appellat mercedez
iniquitatis. tertia fuit a iudeis que
fuit ex inuidia quia ſciebat pilatus
ꝙ per inuidiam tradidiſſent eum.
Quia igitur deus pater dedit eum
nobis in donum. Jdeo prima crux
fit cum dicitur hec dona. Et quia
iudas pro munere tradidit eū. ideo
ſecunda crux fit cum dicitur hec mu
nera. Quia vero iudei ad moꝛtem
tradiderunt eum. vt crucifigeretur
in ſacrificium illibatum. ideo tertia
crux fit cum dicitur. hec ſctā ſacrifi-
cia illibata. Uel etiaz ſm̄ Guil'. ma-
nitin̄. tres cruces fiūt in reuerētiam
eius q̄ eſt trinus deus in ꝑſonis. cu

ſus potentia fit cōuerſio panis ⁊ vi
ni. Et ſm Bern̄. de paratinis ſigni-
ficat crucifixionem triplicem quaꝝ
prima fuit in volūtate ⁊ effectu quā
do collegerunt pontifices conciliū
Joh. xj. ⁊ Math. xxvj. Secunda fu
it in vocibus clamantiuꝫ. crucifige
crucifige. Luc. xxiij. ⁊ Joh. xix. Ter
tia in crucifixiōe manuum ⁊ pedum
Luce. xxiij. Eſt itaqꝫ ſenſus iſtoꝝ
ꝟborum quantū ad triplicem effe-
ctum. Naꝫ quia chriſtus datus eſt
liberaliter: ideo dr̄ dona pluraliter.
quia vero datus eſt vtiliter. ideo di-
citur munera: ⁊ qꝛ datus eſt vt nos
ſctificaret mentaliter ideo dicitur
ſacrificia illibata. i. immaculata.
Sed quare dicitur pluraliter dona
munera ⁊c. ⁊ non donuꝫ munus ⁊c.
cum hic non fiunt plura ſacrificia
ſeu ſacramenta ſed vnum tantum.
Reſpondetur ꝙ licet corpus ⁊ ſan-
guis chriſti ſint proprie loquendo
cōpoſita diſtincta. tamen dicuntur
vnum integritate. ſicut comeſtio in
vna menſa ꝙ̄tumcunqꝫ fercula ſunt
diuerſa aut potus diuerſi nihilomi
nꝰ dr̄ vna comeſtio ⁊ hoc vnitate ite
gritatis. quia cibus ⁊ potus ſimul
integrant refectionem: ⁊ hn̄t vnum
effectum ⁊ nutritionem. Et iſto mo
do iſtud ſacramentum dicit̄ vnum.
Vn̄ ergo dicūtur dona munera plu
raliter refertur ad illas ſubſtantias
panis ⁊ vini ꝙ̄ plura ſunt compoſi-
ta p ſe ⁊ nondum ſunt corpus ⁊ ſan
guis xp̄i. vnū. Vn̄ ſm Gorram ſup
Mat. ꝙ̄uis ibi ſint plura materia-
liter. nō tn̄ formaliter ꝓpter vnam
operationem quam intendunt. ſ. re
fectionem ſpiritualem.

Sequitur. In p̄mis ꝙ̄ tibi offerimus. vbi ponitur optatio ſalutis eoꝝ ꝓ qbus offert̄ hoc ſacrificiū ⁊ cui: qꝛ deo patri. vn̄ dicit in p̄mis. i. principaliter tibi. Sc̄do quis offert qꝛ ſacerdos ex p̄te totius eccl'ie. iō dicit offerimus nō offero Ex ꝙ̄ pꝫ ꝙ malicia ſacerdotis nō viciat effectionē conſecratiōis qꝛ non offert ex bonitate vel malicia ꝓpria: ſed ex officio qđ gerit ex perſona eccleſie. Tertio ꝓ quo offertur. Et p̄mo qꝛ generalit̄ ꝓ tota eccl'ia. vn̄ dicit ꝓ tota eccl'ia catholica. i. vniuerſaliter toto orbi terrarū diffuſa: ⁊ fidei ſacris vnita. nō ꝓ ſynagoga iudeoꝝ abiecta ⁊ diſperſa vbiqꝫ p diabolū. Quarto oñdit qđ petit. vn̄ dicit quā. ſ. eccl'iā pacificare digneriſ. vt ſcꝫ pacē habeat ab hereticis ⁊ ſciſmaticis. digneris etiā eam adunare. i. in vnitatē colligere ꝙ̄ diſperſa eſt inter p̄fidos vl' paganos. Vel ſm Guil. manitin̄. orat hic p̄ſbyter ꝓ inuicē diſcordātibus vt vniant̄ in charitate. Addit̄ auteꝫ vt cuſtodire digneris ſcilicꝫ a vicijſ ⁊ demonibus: ⁊ regere. ſ. in pſperis Deinde orat ꝓ perſonis ſingularibus ⁊ p̄mo pro capitaneis eccl'ie. ſ. papa. ꝙ̄ verba addidit. Clemens et poſtea. Pelagius papa confirmauit. vn̄ idē dicit. Conſtat ab vniuerſo orbe ſepatū eſſe ꝙ̄ ob quā lꝫ diſſēſionē inter ſacra myſteria ap̄lici pōtificis ſm cōſuetudinē memoriā nō freqntat Deide ꝓ ep̄o ꝓprio vn̄ dic̄ pro antiſtite nr̄o. qđ ep̄s celebrans omittit cū ſit met antiſtes. poſt hoc addit de ſeculari p̄ncipe. vn̄ dicit. et

pꝛincipe noſtro hoc em̄ eſt cõſilium apl'i. j. ad Thi. ij. c. vbi inquit. Obſecro pꝛimo oīm fieri obſecrationes oratiões. poſtulationes et gratiarū actiones pro oībus hoībus ꝓ regibus ⁊ pro oībus qui in ſublimitate ſunt cõſtituti: vt quietā ⁊ trāquillā vitā agamus in omī pietate ⁊ caſtitate. Debet aūt intentio celebrantis fieri ad pſonā illius epi i cuius dyoceſi celebrat. Rome tñ nõ dicit pro antiſte nr̄o qꝛ ibi papa eſt eps. Sil'r dicendū de pꝛincipe illo in cuiꝰ regno vel ducatu celebrat. deinde deſcendit generaliter orādo ꝓ oībꝰ fidelibus. Uñ dicit ⁊ ꝓ oibus orthodoxis. i. veris catholicis nõ ſciſmaticis vel hereticis. Uñ orthodoxis dicit ab orthos ti. qđ eſt rectū. ⁊ doxis gloria vel doctrina quaſi recta gloria vel doctrina. Qui ergo recte glorificāt deū ⁊ rectam fidei doctrinaꝫ ſequūtur orthodoxi vocant: atꝗ aplice ⁊ catholice fidei. i. ꝑ apl'os fundate ⁊ ꝑdicate fidei cultoribus.

Memento etiam domine famulorū famularꝫꝗ tuarum: vbi iteruꝫ deſcēdit in ſpeciali ad memoriaꝫ certarū perſonarū. Unde licet deus noſcat oīa nec opus eſt ſibi demõſtrare pſonaꝫ pro qua orat preſbiter: cū oīa nuda ſint oculis eius. Heb. iiij. Sed tñ obliuiſci dr̄ illoꝝ quibꝰ grām ſuā non infundit. Sil'r dicit illoꝝ recordari quibus gratiā ſuaꝫ ⁊ dona largitur. Et eſt modus vulgariuꝫ quo cõiter dicūt tribulati: deꝰ oblitꝰ eſt mei. petit ergo hic duo: Pꝛimo explicite pro quibuſdam ſcd̄o ꝓ oībꝰ circūſtantibus. Uñ dicit. Memento dñe famuloꝝ famularūꝗ tuaruꝫ nõ dicit ſeruoꝝ: qꝛ ſeruus pctī deſignat. Joh. viij. Qui facit pctm̄ ſuꝰ eſt pctī. Et tales q̄diu ſunt in pctis obliuiſcunt a deo. iuxta illud. Peccatores nõ exaudit deꝰ. Joh. ix. Sꝫ famulus dr̄ a fauore: qꝛ eſt in fauore ⁊ gratia dñi. vt ſunt pctõres ꝯuerſi ⁊ penitētes pro pctis: ⁊ tales deus nouit. vñ petit pſbiter recordari taliuꝫ. Et ſciendū ꝙ ſacerdos dꝫ facere memoriaꝫ ordinate vt. ſ. pꝛīmo oret pro illis q̄ ſunt maiori charitate diligendi. Et qꝛ ordinata charitas incipit a ſe. ideo pꝛimo facit memoriā ſuiipſius. cogitādo tm̄ mente vel expꝛimendo vt deus ſui miſereat: ⁊ dimittat pctā ⁊ tribuat grām. Deinde orat ꝓ patre ⁊ matre parentibus et fratribus atꝗ ſororibus. Tertio ꝓ bñfactoribꝰ. Quarto pro inimicis ⁊ ꝓ pſecutoribus. Quito ꝓ infidelibus vt cõuertant ad fidem. Et hic q̄deꝫ faciūt eis diſpoſitionē in mēte ſatis pulchrā: faciētes taleꝫ memoriam ad ſimilitudinē ordinis caſuū quoꝝ Pꝛimus eſt noīatiuꝰ: in quo ſuiipſius recordant. Scd̄s eſt genitiuus ⁊ ſignificat genitorē. i. parētes Tertiꝰ datiūs ⁊ ſignat datorē vel bñfactoreꝫ. Quartꝰ actūs: ⁊ ſignat accuſatoreꝫ vel inimicū. Quintꝰ vtūs ⁊ ſignat vocandos ad fidē. Sextus ablatiuꝰ ⁊ ſignat mortuos a nobis ablatos. et de iſtis fit mētio in ſcd̄a memoria. Sꝫ quare priꝰ pro viuis ꝗ pro mortuis oramus: Reſpõdeo quia viui ſunt in maiori periculo. qꝛ poſſunt dānari. Mortui autem pro quibus oratur ſunt in purgatorio.

de quib⁹ nõ timet. Et de iſta memo-
ria dʒ ſe cito expedire ꝓpter diſtra-
ctionẽ mentis ⁊ euagationẽ. non ſi-
cut quidã faciunt dormitãtes in tali
memoria: ita ꝙ q̃nq̃ populares re-
cedũt a miſſa tedio victi. ⁊ hoc ẽ ſcã
lum: ⁊ ꝑ cõſequens fugiendum.

Sequit. Et oim circũ-
ſtantiũ id eſt audiẽtiũ
miſſam digneris eſſe
propici⁹ quos vides i
te credere recte ⁊ te de-
uote diligere. Et ex hoc pʒ ꝙ valde
vtile eſt intereſſe miſſe: q₂ pro talib⁹
ſpecialit orat. Vñ ſtatutũ ẽ vt oẽs
fideles audiant miſſaʒ dñicis dieb⁹
⁊ feſtiuis diebus. de ɔſe. diſt. j. omſ
fideles. ⁊ cap. miſſas. Et dicunt do-
ctores hoc idẽ eſſe preceptũ vt ibidẽ
patet. Sequit. pro quib⁹ tibi offe-
rimus: vel qui tibi offerũt. id eſt non
ſolũ illis digneris miſereri pro qui-
bus hoc offerim⁹ ſacrificiũ laudis.
ſed etiaʒ illis qui ſoli hoc offerũt, ꝑ
ſe ſuiſq₃ omnib⁹ videlicet cõſangui-
neis ⁊ affinibus familiaribus ⁊ ami
cis. pro redẽptione aiaꝝ ſuaꝝ. q. d.
non pro tꝑali lucro: ſed pro ſpe ſalu-
tis ⁊ incolumitatis ſue. i. pro ſalute
et incolumitate ſua ſperãda. Et q̃a
bona hois triplicia ſunt: ido ꝓ eter
nis prius orat. ſ. ꝓ ſpe ſalutis. ſcdo
pro corporalib⁹: ido dicit incolumi
tatis. i. corporalis ſanitatis. tertio
pro ſpũalib⁹. ideo dicit ſeu addit ꝓ
redemptione aiaꝝ ſuaꝝ. Sequit q̃
reddũt vota ſua eterno deo viuo et
vero. Vota dicunt illa q̃ voluntarie
promittunt. Dicunt aũt vota noſtra
q₂ fiunt a nobis ex libertate arbitrij
ſine coactiõe. Dicunt etiã dei. quia
per grãm eius fiunt quã dat illis q̃
vouent: vt poſſint etiã ea perficere.
Sed circa predicta querit q̃re p̃ſbi-
ter non orat primo pro ſe ſʒ prius et
principaliter orat pro papa. ⁊ ſe ob-
mittit. Ad qḋ dicendũ ꝙ ibi orat vt
pſona publica. ideo publicũ bonuʒ
ſeu cõmune ꝑtulit ꝓprio bono. hic
aũt orat vt pſona ſingularis intran
do memoriã ſingulariũ ⁊ priuatarũ
pſonaꝝ. ⁊ ideo preponit ſe oĩbus.

Communicãtes. poſt-
q̃ꝫ poſuit cõmemorati
oneʒ illoꝝ q̃ ſalute indi-
gent. hic ponit illos q̃
ad ſaluteʒ adiuuãt. vt
ſunt ſancti. Et p̃mo ponit eos i ge-
nerali. Scḋo in ſpeciali. Dicit ergo
cõicantes. Et hoc cõpoſuit Linus
papa. Cõmunicãtes. i. participãtes
cuʒ ſctis in hoc ꝙ deũ videm⁹: licet
differenter q₂ nos per fidem: ipi ad
oclm. tñ ex quo idẽ obiectũ habem⁹
cũ illis ſcʒ vnũ deũ: ergo participa-
mus cũ eis: ⁊ memoriam venerãtes
id eſt venerãter colimus. In primis
glorioſe virginis marie genitricis
dei ⁊ dñi noſtri ihu xpi: ſed ⁊ beatoꝝ
apoſtoloꝝ ac martyꝝ tuoꝝ Petri ⁊
Pauli: vbi ponit. xij. apoſtolos et
xij. martyres. Confeſſores aũt non
ponit. cui⁹ ratio eſt q₂ tꝑe quo poſi-
tus eſt canõ non celebrabat memo-
ria confeſſoꝝ ita ſolenniter: vel ideo
ponunt martyres: quia imitati ſunt
xpm in paſſione. ⁊ maximũ honorẽ
oſtenderunt pro ipſo morientes. qḋ
non fecerũt confeſſores. hoc autem
ſacrificiuʒ eſt maximi amoris. Po
nunt etiam aliqui martyres minus
notabiles. quod factum eſt diuina

diſpenſatione. Nam vt dicitur dum ſancti patres deleuiſſent iſtos: ⁊ alios ſcribere vellent cras inuenerunt illos deletos aureis litteris ſcriptos. Unde bonum eſt etiã aliquando minus ſanctis reputatis reuerentiam impendere et eorum ſuffragia poſtulare: quia ſecundum Tho. quibuſdam ſctis datũ eſt patrocinari ſpecialiter ⁊ in ſpecialibus negocijs. vt beato Anthonio contra ignem ⁊c. Preponitur aũt oibus ſanctis beata virgo maria quia ipſa eſt ſalutis noſtre precipua adiutrix. ⁊ ipſa in celo primũ locum tenet poſt dei filium. deinde ponunt apoſtoli quia ipſi tradiderũt nobis formã ⁊ ritum huius ſacrificij. deinde martyres qui pro illo qui eſt in hoc ſacramento ſe obtulerũt hoſtiam viuentem. Petimus aũt hic eorum ſuffragium ſignificãtes quod quamdiu ſumus in hac vita neceſſe habemus eorum ſuffragia poſtulare cũ ipſi xpo ſint in gloria propinqui. vnde poſſunt nobis impetrare gloriam. Poſt eleuationem vero petimus eorũ conſortiũ deſignantes per hoc quod poſt reſurrectiõem iungemur ſanctorum conſortio et non indigebimus ſuffragio. Non dirigimus aũt orões noſtras ad ſanctos vt per eos impleantur que poſtulamus. ſed vt eorum precibus noſtre orões ſortiãtur effectũ. In quibuſdã libris ponitur hic ſignũ crucis cũ dicitur muniamur auxilio: ſed nõ habet fundamentũ cum nõ petimus hic muniri ſigno crucis ſed patrocinio ſctorum. Quomodo aũt ſcti videãt orões nr̃as dicit hic Bern. de parãtinis quod nõ cognoſcũt eas cognitiõe naturali vel btã. ſed virtute reuelationis per quam cognoſcunt orationes nr̃as vocales ſiue mentales. Fit etiam additio in quibuſdam feſtiuitatibus: quia ibi petimus protectionẽ diuinã ſpãlem. vt in natali. in epyphania. in paſcha. aſcenſione ⁊ penthecoſte. in quibus ſpecialia dona circa nos facta recoluntur que nobis dari tũc poſtulamus. In fine aũt hic non dicitur amen. quia angeli reſpondent amen.

Hanc igitur oblationẽ hoc addidit Leo papa ãno dñi. cccc. xliiij. vbi quaſi cõprehẽdendo oia ſupradicta ſũmarie cõcludit. Petit ergo quattuor. Primo petit acceptationẽ oblationis. vnde dicit. Hãc igitur oblationem ſeruitutis nr̃e. Et vide quare hic pſbiter ſpecialiter appellat ſe ſeruũ: ſuperius vero alios appellat famulos. Nõ quia quilibet debet ſe reputare pctõrem ⁊ nõ alios. Dicit aũt hec oblatio ſeruitus quia ſumus empti iſta oblatione iuxta illud. Empti eſtis pcio magno. Sed ⁊ cũcte familie tue que tibi famulantur ⁊ ſeruiũt vt placatus accipias. licet enim deus ſit ſemper placatus. i. miſericors quantũ ẽ in ipo ſacrificio. tñ ſepe offenditur ex parte miniſtrorum qñ ſũt in pctõ. Sequitur: dieſque nr̃os. vbi petit fedus pacis. Unde dicit. dieſque nr̃os in tua pace diſponas. ⁊ loquitur nõ ſolũ de pace tpis. ſed etiã pectoris que eſt ceſſatio a pctis: atque ab eterna dãnatiõe nos eripi vbi petit euaſiõem carceris. i. dãnatiõem perpetuã. et in electorum tuorum iubeas grege nũerari vbi petit adiũctiõem cũ electis per ieſũ xpm dñm nr̃m et iſtã particulam ſctũs Gre. appoſuit. fit ãt appoſitõ iſtius particule certis diebus vt i

reſurrectiõe ⁊ penthe. Ex quo enim petimus remunerationem q̃ fit ꝑ reſurrectionez xpi ⁊ ſpũſſancti miſſionem. iõ tũc fit additio. ſm alios etiam in cena dñi: quia ꝑ illud ſacrificium tunc inſtitutum daꝛ remuneratio iuxta illud. Qui mãducat hunc panẽ ⁊c̃. Hec aũt ṽba dicens ſacerdos ſe ꝓfũde inclinat ſignificãs q̄ legalis ſacerdos ſummo conamine obũbꝛabaꝛ ne videreꝛ. vel qꝛ oꝛauit xp̃s ꝓfunde ſe inclinãdo ⁊ humiliãdo an̄ horã paſſionis.

## Seq̃tur ſecũda ps canonis.

Quam oblationem ⁊c̃. Hec eſt ſcḋa pars canonis in q̃ ponit ſacrificij cõſecracio ⁊ habz tria dicta. Primo nãq3 virtus cõſecrãdi petiꝛ. Scḋo ipa cõſecratio ꝑficiꝛ ibi qui pridie. Tercio rei cõſecrate cõmemoꝛatio exp̄miꝛ ibi. vñ et memoꝛes. Circa p̄mũ pꝛimo ponit ſacrificij oblationem. Scḋo oblatiõis bñdictionez. ibi q̃ ſumus bñdictam. Tertio ſacrificij trãſſubſtãtiatiationẽ. ibi: vt nobis. Dicit ergo quam oblationẽ. i. terrenam materiã ad coꝛpus filij tui deſtinatã ſm Guil. manitiñ. Tu deus queſumus in oĩbus. i. tota cogitatione. tota cognitiõe. tota mẽte ⁊ toto intellectu digneris facere benedictaz. i. ꝑ quã hoĩes bñdicanꝛ. Aſcriptam. i. ꝑ quã hoĩes aſcribunꝛ in celo. Ratam. i. ꝑ quaz de viſceribus xp̄i eſſe cenſenꝛ. Rationabilẽ. i. per quam a beſtiali ſenſu exuanꝛ. Acceptabilem vt q̃ nobiſmetipis diſplicemus ꝑ hanc acceptabiles vnico filio eius ſimus. Ita exponit Aug. de cõ. di. ij. vtrum ſub figura. ſ3 Inno. exponit referendo ad xp̄m. bñdictam. i. immunẽ a pctõ. aſcriptaz. i. ſcripturis pꝛenũciatã ⁊ figuratam. Ratã. i. non trãſitoꝛiaz ſicut vetus lex. Rationabilem. i. q̃ſi nõ peculiarem ſicut erat hoſtia legalis q̃ non mundabat a pctõ. acceptabilẽ contra illam de q̃ Iſa. ⁊ Hiere. dicunt. Obtuliſti hoſtiã nõ acceptã Cõmuniter tñ hoc refert ad differentiã oblationis iude. Illa eñ traditio fuit maledicta: iõ iſta ſit bñdicta. Illa autem ꝓſcripta vel diſcripta de libꝛo viuẽtiũ. iõ digneris facere aſcriptam illã. Illa fuit irrita. i. iniq̃ ⁊ deteſtabilis. iõ deus fac iſtã ratã. Itez illa fuit irrationabilis: iõ deus fac iſtaz rõnabilẽ. i. ratiõe plenam. vt fiat rationabile nr̃e ſeruitutis obſeq̃um. Ille reddidit mala ꝓ bonis ꝓpter qḋ repꝛobatus eſt: ſed tu deus fac hanc acceptabilem ꝑ quam tibi nos reddas acceptos. Fiunt autez hic q̇nq3 ſigna crucis tres cõmũes ſuꝑ panem ⁊ calicẽ ſimul. q̃rta autẽ ſuꝑ panem: ⁊ q̇nta ſuꝑ calicem ꝑ ſe. Et ſignificãt quinq3 loca vulneruz eius. Uel ſm Innocentium tres ſignificãt triginta denarios ꝓ q̇bus venditus eſt xp̄s. Due aũt venditionem ⁊ emptionem ſiue venditoꝛẽ et venditũ. Uel ſm Bernardum ḋ parantinis ⁊ ſm Guil. manitiñ ſignificant tria q̃ xp̄s fecit circa hoc ſacramentũ. Nam accepit. benedixit ⁊ dedit. Ecce tria. Et ſpecialiꝛ fit crux ſuꝑ oblatam ⁊ vna ſuꝑ calicẽ. qꝛ dixit. Hoc eſt eñ coꝛpus meũ. ⁊ iterũ bibite ex hoc oẽs. Et ſeq̃tur: vt no-

bis corpus ⁊ ſanguis fiat dilectiſſi
mi filij tui dñi noſtri ieſu xpi. Ubi
petit trãſſubſtãtiationē panis i cor
pus xpi p hoc v̾bum cuz dicit fiat.
Illud em̃ eſt verbũ creatõis ſiue cre
atoris. Gen̄.j. vbi dixit. Fiat lux. et
ſequit᷑ ⁊ factũ eſt ita. Et nõ dicit ſa
cerdos. vt faciã corpus xpi: qꝛ non
eſt niſi miniſter huius conuerſiõis.
Ideo nõ in ꝓpria pſona: ſꝫ in pſona
xpi dicit fiat. Dicit aũt dilectiſſimi
filij tui: qꝛ nullus põt eſſe dilectus
deo q̃ꝫ tũcunqꝫ ſctũs ſicut xps. rõne
cuius dilectiõis ꝓpter ipm̃ totius
mũdi peccata ĩdulſit. Fiũt aũt due
cruces. vna ſup panem. alia ſup ca-
licem: ad ſignificandum q hoc ſa-
cramentũ valet ad ſalutē corporis
⁊ anime.

SEquitur q̃ pͦdie. Hec
verba addidit alexan-
der pͥmus. anno dñi.
cxxij. Et hic pficit᷑ cõ
ſecratio. Circa qđ pri
mo repñtat᷑ qđ xps in cena fecit.
Uñ dic. Qui pridie. i. vna die añqꝫ
paſſ⁹ ē vl̾ vna die p̄cedēte añ paſſio
nē accepit panē. ⁊ i hͦ loco terſis di
git; ſup corporale accipit ſacerdos
hoſtiã reuerent᷑. Et dꝫ eã tenere ſub
miſſe nõ oſtendēdo populo vel mi-
niſtro ne videat᷑ aliquo mõ añ cõſe
cratiõem. Uñ dicit. accepit panem
in ſctãs ac venerabiles manus ſu-
as ⁊ eleuatis in celũ oculis ad te de
um patrē ſuũ oipotentē. Et hic ele
uat ſacerdos oculos ſupra celuz in
quo xps ſignificat᷑: qꝛ oculos men-
tis debemus eleuare in celũ vñ veni
at auxilium nobis. vt dꝛ. ps. Quia
omne bonum deſurſum deſcendit.

Sequit᷑. Grãs agens nõ p ſe ſed p
nr̃a redēptiõe. bñdixit ⁊ fit ibi crux
ſup hoſtiam q̃ ſignificat q xps paſ-
ſus eſt in natura humana. ſ. in cor-
pore ⁊ anima. qꝛ dixit. Triſtis ē aĩa
mea vſqꝫ ad mortē. Et iõ p ſe bñdi-
citur hoſtia ⁊ p ſe calix. Et nõ intel-
ligas q xps benedixit. i. crucē fecit
ſup panem cuz virtus crucis nulla
fuit ante paſſionē eius ſed bñdixit.
i. verba conſecratiõis. ſ. illa. hoc eſt
em̃ corpus meũ. ſup panem ꝓtulit.
quoꝝ virtute v̾boꝝ facta eſt ſtatim
bñdicta trãſſubſtantiatio panis in
corpus xpi. vnde expone. bñdixit. i.
vim bñdictionis verbis p ipm̃ pro-
latis dedit vt trãſſubſtantiaret᷑ pa-
nis in corpus xpi veruz. Sequit᷑. ac
fregit deditqꝫ diſcipulis ſuis dicēs.
Accipite ⁊ comedite. Ubi ſciendũ
q licet hic dicat᷑ q xps pͥus fregit ⁊
tũc cõſecrauit. tñ ita nõ intelligēduz
eſt q xps prius fregiſſet ⁊ tũc bñdi-
xiſſet: ſed q xpus poſt bñdictionē ⁊
cõuerſionez fregit. Uñ ſic conſtrue
litterã. Accepit panē ⁊ bñdixit. ſ. di-
cens hoc eſt em̃ corpus meũ ⁊ tunc
fregit deditqꝫ diſcipulis ſuis dicēs.
accipite ⁊ comedite hoc eſt em̃ cor-
pus meũ. Prius ergo ꝓtulit illa v̾
ba vt eis vim cõficiendi tribueret:
deinde ea ꝓtulit vt aplos formã cõ
ficiendi doceret. Ita dicit Guil. Cõ
muniter tñ dꝛ q ſel̾ ꝓtulit xpus illa
v̾ba. tunc ſcꝫ qñ voluit dare aplis.
Uñ dando eis tunc bñdixit p illa v̾
ba iam dicta. ſ. hoc eſt enim corpus
meũ. Itez dicit Gorra ſuper Mat.
Et ita per illa verba ſemel prolata
ſimul confecit ⁊ formam conficien-
di dedit vt dicit Berñ. de paratinis

Un̄ ſenſus eſt. bn̄dixit fregit deditq̄z
diſcipulis ſuis. ⁊ tūc dixit. hoc ē em̄
corp⁹ meū. Et iſte ē verus itellect⁹.

HOc eſt em̄ corpus me
um. Iſta eſt forma cō
ſecratiōis venerabilis
ſacri euchariſtie quaꝫ
dicens ſacerdos habe
at intentionē verā cōſecrādi corpus
xpi. Nō obmittat aūt illā cōiunctio
nē em̄. q꞉ lꝫ nō ſit de ſubſtantia ſacri
eſt tamen de eſſentia p̄cepti. vn̄ gra
uiter peccaret obmittēs eam. Aliq̄
ꝟo dicētes iſta verba tenent hoſtiaꝫ
in manibus. ita q̄ poſſit videri a cir
cunſtātibus: qđ eſt graue periculuꝫ
q꞉ tunc poteſt adorari p ſimplices
ante conſecrationem qđ erit graue
pctm̄ idolatrie. Et ideo teneat eam
valde depreſſe in altari ne videatur
Fit aūt eleuatio hoſtie ſacratiſſimi
corporis xpi vt oſtendat oībus ob
latā eſſe ad ſaluteꝫ iuxta illud. Ego
ſi exaltatus fuero a terra ⁊c̄. Secun
do vt ex tūc populus cognoſcat eſſe
veritatem ſacrimenti que nō p̄us fa
cta eſt: ſed modo vt iam ſciat veraci
ter adorare deū p̄ſentem. Expoſitio
autem iſtius forme verboꝝ requira
tur ſupra in tractatu de ſacramētis
circa ſacrm̄ euchariſtie. vbi ſufficiē
ter expedita eſt. Sequit. ſilr ⁊c̄. vbi
ponit forma cōſecratiōis ſanguinis
xpi. Ubi ſciendum q̄ ſacerdos vo
lens ꝓferre iſta verba debet ipſum
calicem accipe ambabus manibus
⁊ cum dicit. Bn̄dixit dꝫ facere crucē
ſup calicem tenendo calicē in manu
ſiniſtra ne tactu vel impetu cadat.
Crux ſup calicem ſignificat paſſio
nem xpi in anima vt dictū eſt. ⁊ etiā
noſtrā ſalutē in anima. Et facta cru
ce debet tenere calicem ſicut prius.
Et hoc facto ꝓfert ꝟba cōſecratio
nis habēdo intētionem cōſecrandi
ſanguinem xpi. Et ſi poteſt habere
actualē eſt tanto melius. Debꝫ aūt
ꝓferre ꝟba iſta ſine aſpiratione ma
gna. nō ſicut quidā fatui faciūt faci
entes anhelitum magnū ac peſſimū
in hoſtiam vel calicē: ita q̄ aſtantes
ſcandalizant. Un̄ dicit. Silr poſtq̄z
cenatū eſt accipiens hunc p̄clarū ca
licem. Et ponit hic cōtinēs ꝓ cōte
to. i. vinum cū aq̄ mixtū in calice ad
trāſſubſtantiandū in ſanguinē ſuū.
Dicit etiā hunc calicem: q꞉ idem eſt
nunc q̄ fuit tūc in ſpecie ſimilis q̄tū
ad materiā calicis. q̄tuꝫ vero ad cō
tentū xpi ſanguinem idem eſt in nu
mero nūc q̄ fuit tūc. Addit aūt pre
clarum: q꞉ iſtud ſacrificiū inter oīa
eſt preclariſſimum. vnde. pſ. Calix
meus inebrians q̄ preclarus eſt.
Sequitur in ſanctas ac venerabi
les manus ſuas: quo tempore reci
piat ſacerdos calicem in manus.
Sequitur. Item tibi gratias agens
quod referas ad illud quod dictuꝫ
eſt. ſimili modo. ⁊ facit ſicut prius
agendo gratias deo patri. Sequi
tur. Benedixit deditq̄z diſcipulis ſu
is dicens. Accipite et bibite ex hoc
omnes ⁊c̄.

HIc eſt enim calix ſan
guinis mei noui ⁊ eter
ni teſtamēti myſteriuꝫ
fidei qui ꝓ vobis et ꝓ
multis effūdetur in re
miſſionē peccatoꝝ. Hoc totū eſt de
forma cōſecratiōis ſanguinis. ⁊ ex
ponitur. hic eſt calix ſanguinis mei

id eſt hic eſt ſanguis meus in calice cōtentus. noui. i. vltimi. ⁊ eterni. i. ꝑpetui teſtamēti. myſteriū fidei. i. habēs ſecretā ⁊ abſconditā intelligentiā tenendā ꝑ fidem: qꝛ aliud videt ⁊ aliud ſub viſis ſpeciebus firmiter eſſe creditur. qui ꝓ vobis ⁊ ꝓ multis effundet in remiſſionē pctōꝝ. Dicit notāter ꝓ multis. ⁊ non dicit ꝓ oībus. qꝛ licet ꝓ oibus effuſus ē q̄tuz ad ſufficientiā. ita ꝙ ſufficiēs eſt ſaluare oēs: nō tn̄ quātū ad efficaciā: qꝛ nō oēs efficiuntur ſaluati ꝑ ipſum. Dicit aūt ꝓ vobis. q. d. iudeis. qꝛ apoſtoli iudei erāt: ⁊ ꝓ multis. ſ. gētilib⁹. in remiſſionē pcōꝝ. i. ꝓpter remiſſionē peccatoꝝ. His dictis eleuat ſacerdos calicē vt ppl's adoret ſciens iam ibi veraciter eſſe ſanguinē xp̄i. Aliqui aūt eleuant tectū calicem. Aliqui diſcoopetū: ſed nō eſt vis. Nam cooptus deſignat occultū ⁊ difficile miſteriū ſacramēti huius. diſcooptus aūt ſignificat ſeparationē ſanguinis xp̄i a ſuo corpore tēpore paſſionis. Et ob hanc etiā cauſam ſeparatim conſecratur corpus xp̄i ⁊ ſanguis: vt ſignificatio exp̄matur. vt dicit Gorra ſuper Math. xxvj. ca. Hec quotienſcūq3 feceritiſ i mei memoriā facietis. hec clauſula quia tā cōſecratōis corporis q̄3 etiā ſanguinis reſpicit cōplementū. ideo poſt vtrūq3 eſt dicēda. Sciendū etiā ꝙ tp̄e eleuationis d3 fieri a pp'lo deuota inclinatio. vt dr̄ in. c. Sane. de cele. miſ. ⁊ poſſunt dici hec v̄ba a pp'lo: vt dicit glo. ibidem. Salue lux mūdi verbū patris hoſtia vera. viua caro. deitas integra. verus homo. Poſſunt etiā dici iſta. Tranſſubſtantiātur res iſte in corpus ⁊ ſāguinē tuū dn̄e ad honorem ⁊ laudē nōis tui. ad remiſſionē peccatoꝝ ⁊ ad ſalutē aīaꝝ nr̄aꝝ. Poteſt etiaꝫ tunc dici pater nr̄. ⁊c. Unde ⁊ memores dn̄e nos ſui tui. vbi ponitur cōſecrate rei cōmemoratio. qꝛ enim xp̄s dixit. Hoc facite in meā cōmemorationē: ideo preſbiter dicit. Unde ⁊ memores nos ſerui tui. Hoc dicūt miniſtri cauſa humilitatis vocātes ſe ſuos. Sꝫ hec plebſ tua ſctā. i. ꝑ baptiſmū ſanctificata. eiuſdeꝫ xp̄i filij tui dn̄i dei nr̄i tam btē paſſioniſ. Et hic ſacerdos manus extēdit ad modū crucis: vt ꝑ illā extenſionē manuū ſuaꝝ: extēſionē manuū xp̄i rep̄ſentet in cruce cōtra qđ tn̄ faciūt illi qui vix man⁹ mouent verecūdantes manus extēdere in hoc loco. Sꝫ tu miſer ſicut et ego vt q̄d vereris tanti dn̄i et dei tui repreſentare figurā ⁊ diſpoſitioneꝫ qua te redemit: ⁊ nō vereris circa illicitas choreas ⁊ forſan amplexus mulieꝝ extēdere manus pedes brachia atq3 totū corpus ⁊ rep̄ſentare diaboli figurā. Sequitur. necnō ab inferis reſurrectionis. vbi ſacerdos cōtrahit ad ſe brachia. ⁊ ſignificat ab inferis reſurrectionē. Sequitur. ſed ⁊ in celos glorioſe aſcenſionis. vbi ſacerdos erigit alti⁹ manus vſq3 ad humeros. in ſignuꝫ ꝙ xp̄s eleuatis manibus ferebatur in celum. Et ab hoc loco ſtringuntur digiti. ſcilꝫ pollices ⁊ īdices vtriuſq3 manus. nec diſiunguntur niſi qn̄ op⁹ eſt tāgere ſacramētū. qđ fit ob reuerētiā ſacramēti. ne digiti aliq̄d tāgāt poſt cōtactū corporis xp̄i. ne

etiam eis incaute aliquid cohereat
qđ per diſiunctionē deperdat quod
eſſet magnū peccatū. ideo ſit ſacer-
dos in hoc multū cautus. Sequit.
Offerim⁹ preclare maieſtati tue. i.
pre omibus alijs clare. q2 licet cor-
pora ſanctoꝝ erūt clara. tñ deus pre
clarior eſt in ſua maieſtate: q2 ē ſpe-
culum ſine macula. Sequit de tuis
donis: qđ dicit ratione ſpūaliu3 ac
datis ratione temporaliū in preſen-
ti. Et quid offerimus ſubdit hoſtiā
puram: q2 xp̄s concept⁹ eſt ſine ori-
ginali peccato de virgine. ſanctam.
ſine mortali. imacl'ata3 ſine veniali.
pane3 ſanctū vite eterne. panē viato
ribus preſentis vite pro vita eterna
conſequēda preparatū: ꝛ calicē ſalu
tis ꝑpetue: q2 ipe eſt reficiens et ine-
brians in patria ꝯm Bern̄. de parā-
tinis. Fiūt aūt hic quinq3 cruces ad
deſignandū ꝙ xp̄s in quiq3 ſenſib⁹
patiebat. vel etiam plagas ꝛ vulne-
ra duas manuū ꝛ duas pedū. ꝛ vnā
lateris ꝯm Guil'. Manitin̄. Facit
aūt tres cruces ſuper vtrūq3 ſcilicet
corpus et ſanguinem. ꝛ duas per ſe
quālibet ſingl'ariter. ſcđm aūt Ber.
de parantinis ſignant q̄nq3 effuſio-
nes ſanguinis xp̄i. ſ. in circūciſione.
in ſudore. in flagellatione. in crucifi
ctione. et in lateris apertione.

## Sequit tertia ps canonis.

Supra que ꝑpicio ac
ſereno vultu ꝛc. Hic
ponit tertia pars ca-
nonis in qua ponitur
effectus ſacramenti q̄
eſt res tantū. Et ſunt tres particl'e.
Primo petit donoru3 acceptatio.
Scđo diuine miſericordie implora
tio ibi: ſupplices. tertio collatio glo
rie. ibi memēto dñe. Dicit ergo. ſup
plices te rogam⁹. Ubi ſacerdos cā
cellat man⁹ in modū crucis eleuan-
do eas ita ꝙ aliqliter ad miniſtrū ꝑ
trahi pn̄t. ꝛ eſt ſenſus. Supplices te
rogam⁹ vt ſuper iſta dona propicio
ac ſereno vultu reſpicere digneris.
propicio. i. accipiendo ea tanq3 tibi
gratuite placita ac ſereno. i. miſeri-
cordi iuxta illud. Illuminet vultu3
ſuū ſup nos ꝛc. Reſpicere digneri
. i. accepta hr̄e digneris. vnde ſeq̄t
ꝛ accepta hr̄e ſicut accepta digna-
t⁹ es hr̄e mūera pueri tui iuſti abel
De iſto abel hēt hyſtoria Gen̄. iiij.
vbi dr̄. Reſpexit dñs ad abel ꝛ ad
munera ei⁹. ꝛ ita fuer̄t duo accepta
Seq̄t ꝛ ſacrificiū patriarche noſtri
abrahe q̄ filiū ſuu3 voluit īmolare.
Gen̄. xxij. qđ reputatum eſt ei ad iu
ſticia3. Sequit. ꝛ qđ tibi obtulit ſa-
cerdos tuus ſumm⁹ melchiſedech.
De iſto dicit Ber. de parantinis ꝙ
fuit primo genitus noe q̄ vixit tem-
porib⁹ abrahe. et iſte obtulit pane3
et vinu3 in ſacrificiū gratias agens
deo pro victoria abrahe conceſſa ſu
per q̄nq3 regib⁹ per q̄ omnis deſig-
natur iſti⁹ ſacramenti grata deo ac-
ceptabilitas. Na3 ſicut abel obtulit
grata primogenita ſic xp̄s oblatus
eſt primogenit⁹ in multis fratribus
Et ſicut abrahā vnicū obtulit filiū:
ſic xp̄us vnic⁹ dei patris oblat⁹ eſt.
et ſicut melchiſedech obtulit pane3
et vinū. ſic xp̄us in pane ꝛ vino hoc
ſacramentū inſtituit. de quo dr̄. Tu
es ſacerdos ineternu3 ꝯm ordinem
melchiſedech. Uocat autē abel pue
rum nō a puericia: quia fuit vir. xx.

annorum.ſed a puritate innocētie.
Abrahā autē dr̄ patriarcha.i.pater
fidei catholice:q᷑ ꝑmus ī deū credi
dit:⁊ primus incarnationē ꝓcogno
uit Joh.viij. Uidit ⁊ gauiſus eſt.
Sctm̄ ſacrificiū immaculatā hoſti
am.Hoc addidit Leo papa.

SUpplices Hic petit
diuine gr̄e īfuſio. Un̄
dicit ſupplices.i.humi
les te rogamus oipo-
tens deus.vbi ſac̄dos
humiliter inclinat cancellatis mani
bus poſitis ſuꝑ altare:q̄ cancellatio
ſicut ⁊ ꝑma ſignificat ꝙ ꝑ crucem ⁊
paſſionez petit offerre iſta.Siniſtra
aūt ſuppōit ꝑ quā ſignificat paſſio
xp̄i.Sed dextera ſupra ponitur per
quam xp̄i reſurrectio deſignat.Se
quit Jube hec ꝑferri ꝑ manus ſācti
angeli tui qđ exponit Tho.in.iiij.
ſentē.di.xiij.non ꝙ angelus iſta cō-
ſecret cū poteſtatem nō habeat.ſed
orōnem ſacerdotis ⁊ ppl̄i deo ꝑſen
tat ſcḋm illud Apo.viij. Aſcendit fu-
mus aromatū in cōſpectu dn̄i.i.vo
ta vel ſupplicatiōes fidelium de ma
nu angeli q̄ ſunt orōnes ſanctoruz.
Expōit ergo.Jube hec vota vl̄ ſup
plicationes fideliū ꝑferri ꝑ manus.
i.ꝑ myſteria angeloꝝ in ſublime al-
tare.i.in eccl̄iam triūphātem vel in
plenā participationē deitatis qđ eſt
ſublime altare Un̄ ſeq̄tur in cōſpe-
ctu diuine maieſtatis tue.Uel iube
ꝑferri hec.i.eccl̄iam militātē in ſub
lime altare.i.in triūphātē ⁊ hoc fac
ꝑ manus angeli.i.filij tui.Sequit.
Et preſta vt q̄tquot.i.fideles ex hac
altaris participatiōe ⁊c̄.Et hic pri
mo ſacerdos diſiungit man⁹ ⁊ oſcu
latur altare in dextera ꝑte ꝑ qđ rep̄-
ſentat oſculum iude qđ dedit xp̄o
cuz ſurrexit ab orōne.Et fit hoc i ꝯ
teſtatiōem ipſius iude. Seq̄tur ſa-
croſctm̄ filij tui corpus.⁊ hic facit
crucem ſuꝑ hoſtiā.Seq̄tur ⁊ ſangui
nem.⁊ hic facit aliā crucē ſuꝑ calicē
Sequit ſumpſerimus oī bn̄dictiōe
celeſti ⁊ gr̄a repleamur. hic ſignat
ſe ante faciem.Crux ſuꝑ hoſtiā deſi
gnat vincula q̄bus alligatū fuit cor
pus xp̄i:Crux ſuꝑ calicem deſignat
flagellum quo edunctus eſt ſāguis
de corpore.Crux ſuꝑ faciē deſignat
ſputa in facie xp̄i.vel ſignāt iſte cru
ces ꝙ xp̄s ter orauit:vel etiā q᷑ tria
verba dixit in cruce ꝑmū pat dimit-
te illis.ſcḋm in manus tuas. terciū
vt quid dereliquiſti me.

MEmēto et dn̄e famlo-
rum famulaꝝq̄ tuaꝝ
vbi petit collatio gl̄ie
⁊ ꝑmo mortuis poſtea
viuis.Un̄ dic̄. memē
to dn̄e famuloꝝ famularūq̄ tuarū.
Ubi ſciēdum ꝙ lʒ q̄dam mortui ſūt
in celo.q̄dam in inferno ⁊ q̄dam in
purgatorio: tm̄ q᷑ nobis nō conſtat
de ſingulis in ſpāli.iō q̄ſi eſtimātes
eos eſſe in purgatorio.oramus pro
oibus.iō dicimus Memēto dn̄e ⁊c̄.
q̄ nos ꝓceſſerūt cū ſigno fidei.i.oſt-
derūt aliqđ ſignū fidei.puta habue
rūt cōtritionē vel deuotionē decedē
tes.Nā de talibus adhuc ē ſpes.Et
dormiūt i ſomno pacis.i.ſine pctō
mortali ſcḋm Bern̄.de parantinis.
Et debet hic fieri memoria eodem
modo ſicut ſupra.Prima ꝓ illis ꝓ
q̄bus ſpecialiter miſſa legitur vel q̄
in ſpeciali memoria ſunt tibi cōmē-

dati. Scdo p parentibus mortuis Tertio p benefactoribus. Quarto pro omnibus fidelibus defunctis. Nō aūt p inimicis ſm quoſdā. Et hoc dico de illis d q̄bus certū eſt q̄ non recōciliati deceſſerūt. Quia p illis nominatim non eſt orandū im- mo nec generalr̄ niſi ſub cōditione inq̄ʒ tum ſunt ſuſceptibiles ſuffragij. Sequitr̄ ſecunda memoria. Ipſis et oībus in xp̄o requieſcentibus .i. in fi- de xp̄i q̄eſcentibus locū refrigerij lu cis ⁊ pacis vt indulgeas depcamur Et nō eſt opus dicere ipſis dn̄e: q2 p̄mittir̄ p̄us. memēto dn̄e. Vn̄ illud qd̄ ſeq̄tur. ſ. indulgeas refertur ad il lud dn̄e. aliter vnū illorū ſupflueret Et dicit locū refrigerij. Vn̄ regnuʒ celorū dicir̄ locus refrigerij reſpectu purgatorij q̄ eſt locus ardoris ma- ximi ⁊ caloris: q2 ſm Aug. ibi eſt pe na maior q̄ʒ aliq̄ que pōt excogitari in mundo. Dicir̄ etiaʒ locū lucis q2 purgatoriū eſt locus obſcuritatis. Dicit etiam locum pacis q2 purga toriū eſt locus inquietudinis q2 nū- q̄ʒ aīe habēt pacem: nec quietē. non ſicut q̄dam fingūt dicētes eos feria ſcd̄a quieſcere aliq̄ vero dn̄ico die q̄ omnia ſunt friuola ac īſana ⁊ ſacris ſcripturis cōtraria. Sequitur. No- bis quoq̄ʒ peccatoribus vbi petit glorie collationē viuis. Primo em̄ petit collationē eiuſdem glorie. Se cundo glorie ſocietatē cum ſanctis apoſtolis. Tertio ponit mediatorē p quem hoc exequi poſtulat dicens p dn̄m ⁊c̄. Circa primum nota q̄ ſa cerdos dicēs iſta verba eleuata mo dicum voce tundit pectus ſuum p quod interrumpit ſilentium. ſignifi

cans p hoc confeſſionem ⁊ contriti onem latronis penitentis in cruce. q̄ increpans alium dixit. Nos qui- dem. ſ. tāq̄ʒ peccatores digna factis recipimus. Unde ſacerdos dicit no bis quoq̄ʒ peccatoribus famulis tu is de multitudine miſerationū tua- rū ſperantibus. ſ. ſicut ille latro ſpe- rauit. Percuſſio autē pectoris ſig- nificat illam tunſionē pectoris illo- rum q̄ aderant ad ſpectaculum paſ ſionis xp̄i ⁊ percutientes pectora re uertebantur in hierl̄m. Exaltatio vero crucis ſignificat clamorem cē- turiōis dicētis. Vere filius dei erat iſte. Sequitur partem aliquam ⁊ ſo cietatem. donare digneris. Licet tn̄ deus ſit ſimplex non hn̄s ptes tn̄ di cit ptē aliquam ꝓpter hoc q2 q̄libet ſm meritum habebit diuine faciei viſionē. ita q̄ vnus alio pfectius vi- debit deum: vel q2 ſcti videbūt deuʒ totum. non tn̄ totaliter. i. nō ſm om nes modos quibus eſt viſibilis: q2 eſt infinitus: ⁊ cū cōprehendi nō poſ ſit ergo q̄ſi parteʒ dabit nobis. To talir̄ aūt nō eſt cōprehenſibilis deus niſi filio ſuo qui eſt in ſinu ſuo vt dr̄ Joh. primo Sequitur. cū Johe ſm Bern̄. de parantinis. ſ. Johe bapti- ſta. Et prefer̄t ſtephano. nec miruʒ: q2 ⁊ apl̄is prefer̄t. Adiūgitur ſtepha no: q2 iſti duo erant p̄mi martyres noui teſtamēti Inno. tn̄ dicit q̄ hic repetitur Johes euāgeliſta ꝓpter p̄ uilegium virginitatis. quia virgīes ſequuntur agnuʒ quocūq̄ʒ ierit. An te vero pſecrationē ponir̄ ꝓpter pri uilegium apoſtolatus. Sed credit Bern̄. q̄ melius intelligar̄ de bapti- ſta q̄ ꝓpter excellentiam ſingularis

ſanctitatis nō dʒ excludi a canone. Poſtea ponunt duo apoſtoli.ſ.mathia ꝛ barnaba q̄ ideo poſt cōſecrationem ꝛ non an̄ ponunt qꝛ iſti poſt aſcenſionem dn̄i fuerūt electi. Deinde ponit Ignatio. de q̄ legit ꝙ cum eſſet deuotus xp̄o ꝛ btē v̄gini: poſt eius mortē inuentū eſt hoc nomē ieſus aureis lr̄is ſcriptum ī corde ſuo in oibus partibus. Ponūtur autē q̄nq̧ martyres poſt mortē xp̄i ꝓpt q̄nq̧ vulnera xp̄i. Item ꝓpter ſeptē dona ſpūſſcti ponunt ſeptem v̄gies ibidem q̄ ſequunt. Sequit Nō eſtimatoꝛ meriti: qꝛ non ſm̄ exigentiā meritoꝝ retribuis. ſed magis p̄miādo q̄ꝫ q̄ſq̧ meruit. Deinde cōcludit p xp̄m dn̄m noſtrū. Et non dr̄ amē: qꝛ ſm̄ doctores illud reſpondēt angeli: qꝛ fit cōtinuatio ad p̄cedentia. vn̄ ſtatim ſeq̄t. in cuius virtute hoc petimus cū dr̄. p quem.ſ. xp̄m hoc ſacramentuʒ hʒ originē quo ad plura. Et p̄mo quo ad eſſe nature. vn̄ dicit. creas. Scd̄o quo ad eſſe ſacri vn̄ dr̄ ſctificas. Tertio quo ad eſſe v̄tutis. vn̄ dr̄. viuificas. Quarto q̄ ad effectū gr̄e q̄ ē vita aīe vn̄ dr̄ bn̄dicis. q̄nto q̄ ad augmētū gr̄e eiuſdē. ꝛ q̄ꝫtū ad opationem ꝛ vſum. vn̄ dr̄ et preſtas nobis. Eſt ergo ſenſus. per quem.ſ. xp̄m tu deus pater oīa bona creas condēdo naturam. viuificas conſubſtantiando naturam. bn̄dicis accumulando gratiam: ꝛ preſtas q̄ꝫtum ad vſum. Oīa enī creata ſunt p xp̄m. Joh̄is.j. Omnia ſctificantur: qꝛ a plenitudine eius accipiunt vniuerſi. Omnia viuunt quia ipſe eſt vita. Johan.xiiij. Omnia benedicuntur quia ipſe eſt benedictus fructus ventris. Luc.primo. Et aliqui dicunt per quem hec omnia dn̄e ſemp bona creas. Et eſt ſenſus. hec omnia. ſcʒ panem ꝛ vinum ꝛ aquam creas ſm̄ cauſas primoꝛdiales ꝛc̄. ſanctificas ſm̄ cauſas ſacramentales. viuificas vt transferātur in coꝛpus xp̄i ꝛ eius ſanguinem Et ideo benedicis vt nos per ipſa benedicamur. Scd̄m alios hoc ꝓnomen hec nō ponitur ibi in quo ſequenda eſt conſuetudo eccl'ie. Seq̄tur ꝛ preſtas nobis. vbi ſacerdos remouet coꝛpoꝛale de calice ad denotandum ꝙ chꝛiſtus emiſit ſpiritum ꝛ velum templi ſciſſum eſt: ꝛ aperta ſunt nobis abſcondita in lege myſteria. Accepta quoq̧ hoſtia dicit. ꝛ p̄ſtas nobis per ipſuʒ.ſ. tanq̄ꝫ mediatoꝛem. ꝛ hic facit vnam crucem per totum os calicis ꝓcedēdo vltra calicem. Unde dicit. Et cum ipſo. Et hic facit minoꝛem crucē.ſ. a labio calicis ad aliud. Poſt hoc dicit. Et ī ipſo ꝛ hic facit adhuc minoꝛē crucē .ſ. in calice. Tād̄ ē ſubdit: eſt tibi deo pr̄i oīpotēti. vbi iteꝝ facit magnaʒ crucē ſup p̄mū labiū calicis incipiēdo ab extremo calicis labio v̄ſuſ ſe ipʒ. Deīde ſubinfert. in vnitate ſpūſ ſcti oīs honoꝛ ꝛ gl'ia ꝛ hic facit paruā crucē in pedē caliciſ. Eſt aūt ſenſus v̄boꝛum. p ipſum tanq̄ꝫ mediatoꝛem cum ipſo tanq̄ꝫ cum equali. ꝛ in ipſo tanq̄ꝫ in conſubſtantiali. Uł' hic ſignificāt tres pſōe ſctē trinitatiſ. vn̄ pr̄i attribuit auctoꝛitas. vn̄ dicit p ip̄m filio equalitas. iō dr̄ cuʒ ipſo ſpūſctō cōmunitas. ideo dr̄ in ip̄o. ſigna v̄o crucis tria p̄us facta p illa v̄ba ſctificas ꝛc̄. q̄ fiūt coopto

calice ſignāt tres crucifixiones ſꝫ
Tho. Naz hora tertia crucifixus ē
linguis iudeoꝝ clamantiū crucifi-
ge ꝛc. Hora ſexta manibꝰ gentiliū:
vt dicit Johes. Hora nona emiſit
ſpiritū. Et qa poſt interuallū triuꝫ
horaꝝ xp̄s crucifixus eſt manibus
gentiliū. cū milites crucifigerēt ie-
ſum. ideo iterū ſacerdos facit tres
cruces ſup calicē diſcooptū ſup tri
bus verbis. ſ. p ip̄m. cū ipſo. ꝛ in ip
ſo: deſignās illā crucifixionē que fa
cta eſt poſt tres horas interpoſitas
inter terciā ꝛ ſextā. Quia ṽo ibi fu
it diuiſio corporis ꝛ aīe. ideo iterū
facit duas cruces vt dictū eſt. Uel
ſm̄ Guill. manitiū. tres cruces per
illa verba p ip̄m ꝛc. ſignificāt fideꝫ
cēturionis qua credidit vnū deū in
trinitate. Due vero alie ſignificant
duo ſacramēta que fluxerūt de late
tere xp̄i. videlicet aqua regeneratio
nis baptiſmi: ꝛ ſanguis redēptiōis
generis humani. Uel ſignāt quiqꝫ
cruciatus xp̄i ante mortē tres ſcilꝫ
alapas: ſputa et flagella. in morte
crucifixionē: ꝛ poſt mortē lateris a
pertionē. Quarta vero ſignat aīe a
corpore ſeparationē. quinta deſcen
ſum in limbū. Seqtur p oīa ſecula
ſeculoꝝ. qđ debet dici alta voce. ſed
anteqꝫ hoc dicat ponat reuerenter
hoſtia ante calicem in ſuo loco. Et
tūc ſtatim dꝫ cooperiri calix. q̄ fa-
cto dr̄ p oīa ſcl'a ſcl'oꝝ. Et hoc alta
voce ad deſignādū ꝙ xp̄s clamās
alta voce emiſit ſpiritum. Et reſpō
detur Amen ad ſignificandum cla
morem mulierum lamentātium do
minum. vnde ꝛ tunc chorus lamē-
tabiliter reſpondet.

## Quinta ps pricipalis miſſe

ORemus p̄ceptis ſalu-
taribus ꝛc. Hic ponit
ſacramēti pceptionē.
Circa quā p̄mittūtur
multe p̄parationes. ſcꝫ
tā generales: vt ſunt pater nr̄ ꝛc. qꝫ
ſpeciales: vt alie orones. Dicit er-
go. Oremꝰ p̄ceptis ſalutaribꝰ mo
niti. Circa qđ ſciendū ꝙ hec oratio
prius nō dicebat in miſſa. ſed Gre-
gorius fecit eaꝫ dici: qꝛ nō fuit dig-
num eā obmittere in hoc officio cū
ſit nr̄i ſaluatoris. Greci aūt nō p ſa
cerdotē ſed p ſe clamāt eā in miſſa.
apud nos vero ſacerdotes. Et hoc
cū magna reuerētia. vnde quaſi nō
preſumēs ſubito ſubrūpere in eam
premittit prefationē dicēs. Oremꝰ
p̄ceptis ſalutaribus moniti. nō ſim
pliciter nō nr̄a auctoritate vel teme
ritate: ſꝫ p̄ceptis ſalutaribꝰ moniti
Preceptis. ſ. dn̄i. ꝛ moniti. ſ. magi
ſtri nr̄i: q̄ ſunt ſalutaria. i. ad ſalutē
diſponentia: formati. i. inſtructi in-
tus ꝛ exterius. Et dicit formati: q̄
informatio ſignat ſolū exteriorē do
ctrinā. Ad oſtēdendū aūt ꝙ nos ſu
mus a deo formati. i. inſtructi intꝰ
ſ. in intētione. ꝛ extra. i. in opatiōe.
ideo dicit audemꝰ dicere. q. d. ex q̄
habemꝰ preceptū ꝛ monitioneꝫ de
iſta orone dicenda. ꝛ ex quo illa ora
tio eſt cōpoſita per illum qui errare
nō poteſt ideo audemꝰ cuꝫ fiducia
dicere. Dicit aūt alte. qꝛ xp̄s palaꝫ
predicauit. Uel ſm̄ Joh. beleth. qꝛ
ſumpta ē de euāgelio qđ eſt predi-
candū ſupra tecta ꝛ etiā omi creatu
re. Dicit etiā ſacerdos ſolus in fine

amē.ſub ſilētio. Cuius rō eſt. q̄a in
alijs orōnib⁹ amē exp̄mit affectuȝ
optātis. iō a pp̄lo vel a clero dr̄. in
hac aūt amē ſignat ꝯcluſionē affir
mātis. vn̄ hic valet tm̄.i.exaudita ē
orō. Sȝ ne h⁹ videat̄ p̄ſūptuoſe aſ-
ſerere dicit amē ſub ſilētio ad euitā
dum oſtentationē ꝓpriā. Sequitur
orō. Libera nos q̄ſum⁹ dn̄e. vbi pe
titur petitionū explicatio: qꝛ eīm in
orōne tria mala petim⁹ a nobis re
moueri. iō hic explicātur q̄ ſint. vn̄
dicit. Libera nos q̄s dn̄e ab oībus
malis preteritis p̄ntibus ⁊ futuris.
Et qꝛ nos nō ſum⁹ digni hoc ex ſe
ꝓmereri niſi donet̄ nobiſ orōne btē
ꝟginis marie ⁊ aploꝝ petri ⁊ pauli
atqȝ andree ⁊ alioꝝ. iō eos hic i au-
xiliū imploram⁹. Et rect⁹ ordo eſt
ex q̄ ei pacē q̄rimus a maliſ merito
dȝ implorari virgo btā q̄ eſt mater
veri ſalomonis pacifici.ſ.xp̄i: cum
apl̄is tribus ſequētib⁹ q̄ ſūt teſtes
pacis.ſ.petr⁹ paul⁹ ⁊ andreas. Et
ponūtur ibi tres ꝓpt̄ ſpecialē ratio
nē. Nā petr⁹ ꝓpter priuilegiū p̄ro-
gatiue dignitatis. Paulus propt̄
p̄uilegiū predicatiōis ⁊ immēſi la-
boris. ⁊ Andreas ꝓpt̄ nimiū affe-
ctū ↄcupite crucifixionis. Dicitur
autē ſub ſilētio illa orō: qꝛ deſignat
quietē triduanam in ſepulchro vbi
tūc ſiluit a p̄dicatiōe. Cū aūt ſacer
dos dicit. Da ꝓpici⁹ pacē dn̄e i die
bus nr̄is accipit patenā de altari ⁊
oſculat̄ ſignū crucis faciēdo. ꝑ qđ
deſignat̄ ꝙ ſum⁹ recōciliati deo ꝑ
paſſionē xp̄i. Tandē ſacerdos in fi
ne diſcooperit calicē ⁊ hoſtiā reue-
rēter accipit: ⁊ eā ſuꝑ calicē frāgit.
p̄mo ꝑ mediū: ⁊ tūc dicit. ꝑ dn̄m no
ſtrum ihm̄ xp̄m filiū tuū. poſtea me
dietatē que erat i dextera manu po-
nit ſuꝑ patenā ⁊ frāgit illā que erat
in ſiniſtra manu ꝑ mediū dicens. q̄
tecū viuit ⁊ regnat. ⁊ ꝯiungēdo illā
particulā q̄ eſt in ſiniſtra ad illaȝ q̄
eſt in patena ad modū lune dicit. in
vnitate ſp̄uſſancti de⁹. Illā xo vlti
maȝ quā hȝ in dextera manu tenēs
ſuꝑ calicē. dicit. ꝑ oīa ſc̄la ſc̄lorum.
Et tandē erecto modicū calice cuȝ
illa particula quaȝ tenet in dextera
manu ſubiūgit. pax dn̄i faciēs cru-
cē magnā ſuꝑ calicem a labio ad la
biū. deinde ſubdit. ſit ſemꝑ. faciens
minorē crucē. tertio addit vobiſcū.
faciēdo terciā intra calicē. Et qꝛ al
ta voce iſta fiunt: ideo ꝑ hoc ſignat̄
gaudiū qđ habuerūt apl̄i de reſur-
rectiōe dn̄i nr̄i ieſu xp̄i. Et ideo q̄a
gauiſi ſunt viſo dn̄o: popl̄s clamat
dicēs. ⁊cū ſp̄u tuo. Sciendū aūt eſt
de ſignificatiōe omniū iſtoꝝ predi-
ctoꝝ ꝙ ꝑ calicē paſſio xp̄i deſignat̄
et eterne beatitudinis fruitio. Vn̄
ps̄. Calix me⁹ inebriās q̄ȝ preclar⁹
eſt. Per patene rotunditatē ſignat̄
bonoꝝ opeꝝ ꝑfectio. Sacerdos au
tem volēs frangere hoſtiā. p̄mo eā
ſuꝑ patenam locat. deinde eam tol-
lens ſuꝑ calicē: frāgit ad ſignificā-
dum qꝛ nemo paſſiōib⁹ hui⁹ mūdi
meritorie ſe valet exponere vel ad
eterne fruitōis beatitudinē admitti
niſi pri⁹ in bonoꝝ opeꝝ ꝑfectōe fue
rit ſolidat⁹. Vn̄ apl̄s Eph. vj. Ac-
cipite armaturā fidei: vt poſſitis re
ſiſtere in die malo: ⁊ in oībus ꝑfecti
ſtare. Patena ergo hoſtie ſupponi-
tur: ⁊ hoſtia ſuꝑ calicē frangit̄. quia
xp̄s ex latitudine charitatis q̄ ſig-

viſicat̃ per patenā ſe ſuppoſuit paſ-
ſioni. Super calicē vero frangit̃ ne
minutie aliq̃liter ſpargant̃. Frangit̃
aūt in memoriaꝫ eiꝰ ꝙ xp̄s fregit et
dedit diſcipulis ſuis ⁊c. Frangitur
aūt primo in duas partes ad ſignifi
candū duplicem predeſtinatoꝝ ſta-
tum ſcꝫ eterne gl'ie ⁊ tpalis miſerie.
Subdiuidit̃ aūt vna medietas ī du
as partes quarū vna offert̃ pro illis
q̄ ſunt in purgatorio. Alia pro illis
qui ſunt in mūdo. Pars autē illa q̄
poſt primaꝫ fractionem remanet in
manu dextera ⁊ ponit̃ ſupra patenā
deſignat illos qui iam ſunt in gloria
⁊ iam tenēt illaꝫ rectitudinē cui nul-
la obliquitas admiſceri pōt et ideo
dextre comparant̃. Illi aūt q̄ adhuc
ſunt in miſeria per ſiniſtrā ſignātur
vbi ſunt multa obliqua. Subdiuidi
tur aūt illa q̄ eſt in ſiniſtra ⁊ nō q̄ eſt
in dextera: qꝛ illi q̄ ſunt in celo ſtatū
vniformē iam tenent. ⁊ vna btitudi-
ne fruūtur. Illi aūt q̄ ſunt in miſeria
ſunt diuerſi ſeu diuiſi: qꝛ q̄dam ſunt
in miſeria purgatorij. quidam ſunt
in miſeria huius mundi. Particl'a
aūt illa que eſt in ſiniſtra poſt diuiſi
oneꝫ addit̃ ad illā que eſt in patena.
Qꝛ ſm Aug. deꝰ habet duas manꝰ
dexterā qua miſeret̃. ⁊ ſiniſtraꝫ qua
punit. Illis ergo q̄ ſunt in purgato-
rio inquantū ibi purgant̃ rn̄det ſola
punitio. ⁊ ido particula q̄ in ſiniſtra
manu tenet̃ illos figurat. Illi vero q̄
adhuc ſunt in pn̄ti vita in qua eſt ſta
tus merendi conſequi poſſunt miſe
ricordiam: ⁊ ideo ipſi ꝑ aliam parti
culā q̄ in manu dextera remanet de
ſignantur. Quia vero abſq3 dubio
illi qui ſunt in purgatorio cōiungē-
tur eis qui ſunt in celo. ideo particu
la ſiniſtre manus cōiungitur illi que
eſt in patena. Sed quia illi qui ſunt
in hac vita egent multum paſſionis
xp̄i. que ex effuſione ſanguinis eius
procedit. ideo particula que in dex-
tera manu remanſit q̄ ſignat illos q̄
ſunt in mūdo: mittitur in ſanguineꝫ
xp̄i in calicem. Iteꝫ ſacerdos dicēs
hec verba tenet hoſtiam ſuper os ca
licis. per quod ſignatur ꝙ viuentes
in corpore indigent miſericordia dī
⁊ meritis xp̄i paſſionis. Sacerdos
autem volens dicere. ꝑ omnia ſecu-
la ſeculoꝝ erigit ſe ad ſignificanduꝫ
ꝙ vult petere exiſtentiam ꝑpetuam
dn̄i nobiſcum vnde ſubdit. Pax do
mini ſit ſemꝑ vobiſcū. ad ſignifican
dum ꝙ dn̄s poſt reſurrectionē pacē
dedit. Sed ſciendū ꝙ ſacerdos dicē
do. per oīa ſecula ſeculorū eleuat
modicum calicem ad ſignificandū
populo vt populus pacē cōſiderās
hoc intelligat ⁊ dicat amen. Parti-
cula aūt quam tūc ſuper calicē tenet
ſignificat ꝙ viuentes adhuc petūt
iuuari merito paſſionis ⁊ effuſionis
ſanguinis xp̄i. Iteꝫ per hoc ꝙ ſacer
dos alte dicit. pax dn̄i repreſentat ꝑ
ſonaꝫ xp̄i. q̄ poſt reſurrectionē dixit
apl'is. Pax vobis. q. d. Do vob̄ pa-
cem pectoris in via ⁊ pacem eterni-
tatis in patria. eſt ergo ſenſus. pax
dn̄i. i. pax pectoris qđ eſt a vicijs ſit
in preſenti vobiſcum ⁊ in futuro pax
eternitatis. Ille aūt tres cruces ſuꝑ
ſanguinem xp̄i ſignificant triduum
ſepulture. vel tres mulieres q̄ erant
circa monumentū xp̄i. deinde ſacer
dos mittēs corpus xp̄i in ſanguinē
dicit. Fiat hec commixtio corporis

et ſanguinis dñi noſtri ieſu xp̄i mihi
et om̄ibus ſumentibus ſalus mētis
et corporis. et ad capeſcendam vitā
eternam preparatio ſalutaris que
commixtio ſignificat ꝙ aīa vnita ē
corpori xp̄i in reſurrectiōe. Et bene
hoc fit poſt. Pax dñi: quia poſtq̄꞉
dñs pacificauit omnia que in celo ⁊
in terra ſunt primo vniuit aīam cor
pori. Hec omnia vvilhelmus. Dein
de ſequitur agnus dei. Et ſciendu꞉
ꝙ anteq̄꞉ dicit agnus dī fit modicū
ſilentium dicendo hanc orationem.
Fiat hec cōmixtio ad deſignandu꞉
illud manifeſtū ſilentium apl̄oꝝ qđ
fuit ante reſurrectionem xp̄i anteq̄꞉
ſcirēt apoſtoli: nec eſſent certificati
poſtq̄꞉ apparuit mulieribꝰ. ſm Ber
nardū de parantinis. dicit aūt xp̄s
agnus qꝛ agnouit patrem ſibi obe=
diendo. Item matrē in cruce pēden
do. Vel dicit ab agnon grece qđ eſt
piū latine: quia pie pro nobis ſe ob=
tulit. Canit aūt tribus vicibus pro
pter tres rationes ſm Inno. ſcʒ ꝓ=
pter obedientiā patris. propter no=
ticiam matris: ⁊ ꝓpter rēdēptione꞉
generis humani. Vel ſm Rauañ.
dicit ter ꝓpter tres partes corporis
xp̄i miſtici. ſ. in celo. ī terra: ⁊ dormi=
entium ſiue in purgatorio. Dicitur
aūt primo. miſerere nobis bis vltio
autē dona nobis pacem. ſm Tho.
Ratio eſt qꝛ per prima duo petimꝰ
amotionē culpe et pene. ꝑ tertiū aūt
ſcʒ ꝑ pace꞉ petimꝰ aſſecutionē om̄is
boni ⁊c̄. vel qꝛ ip̄e redemit nos a mi
ſeria culpe ⁊ pene: ⁊ dedit plenitudi=
ne꞉ gr̄e. Illud tamē dona nobis pa=
cem additū eſt propter ꝑſecutione꞉
tyrannoꝝ. poſt hoc ſequitur oratio
Dñe ieſu xp̄e q̇ dixiſti apoſtolis tuiſ
pacem meā do vobis ⁊c. vbi poſtq̄꞉
ſacerdos venit ibi. eāq̄꞉ pacificare ⁊
adunare ⁊c̄. etiam oſculat̄ patenam
in ſiniſtra parte ad ſignificandu꞉ ꝙ
per hoc ſacramentū vult vniri xp̄o
in charitate. poſtq̄꞉ vero cōpleuerit
verba oſculatur reliquias vel crucē
ſi habet. ſi nō habet oſculat̄ altare ī
dextera parte. qđ fit ad ſignificādū
antiquū ritum. vbi priꝰ ſingulis die
bus cōicabāt: ſed cū nec hoc potuit
fieri ſine periculo ordinatū fuit: vt ī
tribus feſtiuitatibꝰ cōmunicarent.
ſcilicet natiuitate. paſcha ⁊ penthe=
coſten. Reliq̄s tamen diebus oſcu
lum pacis reciperēt ⁊ panē bñdictū
Sʒ qꝛ hoc fieri nō poſſet. xl. vbi nō
pōt ſumi panis benedictus ordina=
tū fuit vt ꝓ eo fieret collecta in fine
ſuꝑ ppl̄m dicēdo inclinate capita ve
ſtra deo. Et ſciendū ꝙ pax dñi non
dat̄ in miſſa defunctoꝛu꞉: ſed dr̄ do=
na eis requiē qꝛ mortui nō indigent
pace tēporali: qꝛ non ſunt in pertur=
batione huius mundi: vel quia nō
ſunt in pace: ſed in penis ſm. Bern̄.
de parātinis. ideo dicimꝰ. dona eis
requiem. Aliq̇ autem dicunt in offi
cio mortuoꝝ. dona eis requie꞉ ſem=
piternam ⁊ locu꞉ indulgentie qđ tñ
diſſonat qꝛ ibi non eſt locꝰ indulgen
tiaru꞉. eo ꝙ illi q̇ ſunt in purgatorio
ſunt extra locu꞉ militantis eccleſie
vbi ſolum eſt locꝰ merendi indulgē
tias. vnđ qꝛ illi q̇ ſunt in purgatorio
nullomō merent̄ eis ꝑ modū ſuffra=
gij. vtiq̄꞉ ſatis improprie optat̄ locꝰ
indulgētie. ſi tñ illđ dictū itelligat̄ ſi
cut dona eis locū indulgētie. i. locū
in quo indultij culpis ⁊ penis eos re

colloces.ſ.i celo ⁊ tūc bene pōt ſuſti neri. Itē dicende ſunt ille tres orō: nes.ſ. Dñe ieſu xp̄e fili dei viui. q̄ ex voluntate patris. ⁊ dirigit ad filium ⁊ alie.ſ. Dñe ſctē pater oīpotēs eterne deus da mihi hoc corpus ⁊c. Et poſt hoc dicit. Dñe nō ſum ⁊c. Dei de ſumpto corpore xp̄i ⁊ ſanguine abluat calicem p̄mo: ⁊ ablutionem ſumat. ſcd̄o abluat intus ⁊ etiam ſumat: qd̄ tñ in die natiuitatis xp̄i nullo mō facere dʒ q: tunc nullā ablutionē dʒ ſumere ſi vult aliā miſſam celebrare ſed dʒ ablutionē dare cōicātib⁹ ſubditis vel reſeruet in vaſe mūdo.ſ.in ampulla ſi non hʒ calicem.

## Sexta pars miſſe.

Sexta pars miſſe eſt q̄tū ad grārum actiones q̄ dr̄ communio q̄ fit in memoriā eius q̄ ppl's olim ſingulis dieb⁹ cōmūicabat ſm Joh. beleth. vel ideo vt p eā cōmunicemus deo ⁊ ſctis. Dicit etiam cōplenda: q: p eam cōplet miſſa. Sed tñ cōplenda potius dr̄ colletta poſt cōionē. Tot aūt fieri debēt complēde q̄t ſūt orōnes añ epiſtolam: ⁊ ſignificat grām ſubſequentē nobis neceſſariā ⁊ dr̄ i dextera pte cōuertēdo librū p qd̄ ſignat q̄ adhuc in fine ſeculi iudei cōuertent ad dexteram fidei q̄ nūc ſūt in ſiniſtra. Juxta illud ad Ro.ix. Reliq̄e iſrl' ſalue fient. Deinde ſacerdos oībus pactis cōuertit ſe ad populum dicēs. dñs vobiſcū Ubi ſciēdum q̄ ſacerdos ſalutat ppl'm ſepties in miſſa. p̄mo añ p̄mā collectā. ſcd̄o añ euāgeliū. tertio p⁹ credo q̄rto in p̄ncipio p̄fatōis q̄nto poſt pax dñi ſexto poſt cōmunionē. ſeptimo hic in fine miſſe ad ſignificādum q̄ tūc eſt dñs nobiſcū q̄ñ habem⁹ ſeptiformē grām ſpūſſcti. Deinde ſacer: dos vertit ſe ad ppl'm cantans. Ite miſſa eſt. ⁊ hoc tpe ſuo cuius ſenſus eſt ſm Bern̄. de parātinis. ⁊ Johannem beleth. Ite ad p̄pria q: miſſa eſt conſummata. vel ite miſſa eſt.i. hoſtia cōſummata eſt vel hoſtia et oblatio ē miſſa igit ſequimini et ite poſt eam. Iſte aūt regreſſus a miſſa ad p̄pria ſm Joh. beleth ſignificat regreſſum ppl'i iſrael de captiuitate babilonica cū gratiaꝝ actione iō dr̄ Deo gratias. Dicit autē ſemp. Ite miſſa eſt q̄ñcunq̄ʒ. Te deum lauda: mus dicitur vel gloria in excelſis q̄ñ autem non dicuntur tūc dr̄ bñdicamus dño. Et eſt ſumptū de ap'lo vel de Judith ca. vij. vbi dicunt ca: ptiui benedicamus domino. Et eſt ſenſus referamus grās vel laudes deo. Et eſt vox humilior q̄ ite miſ: ſa eſt. Et iō non vertit ſe ſacerdos ad populuʒ dicēdo bñdicamus ⁊c. ad ſignificandum q̄ nunq̄ʒ debem⁹ ceſſare referre. grās ſʒ Waldeñ. autem ſup pſ. xxvij. Berengarium dicit inſtituiſſe ita dicēdū. bñdicamus dñm ⁊ non dño. q: bñdictio non fit ad vtilitatem dei ſʒ ad nr̄am. nos aūt dicimus idifferent q̄ vtrūq̄ʒ pt dici. Creatura nāq̄ʒ bñdicit creature bonū optādo creatura aūt creatorē dupl'r.ſ. laudādo ⁊ bonū ei tribuēdo. Creator aūt creaturā bonū augēdo Et hoc dupl'r vl'i nūero vl'i merito ſicut eñ creſcit bonum ſic ⁊ merita. Hec Waldeñ. Sʒ Bern̄. de paran

tinis dat tres rõnes. prima qñ celebram⁹ de ſanctis in celo decim⁹. ite miſſa eſt q̃ſi ꝓuocãtes populũ. Ite .i. feſtinate illuc vbi illi ſunt. Qñ aũt ꝓ viuis in mũdo. benedicam⁹ dño: q2 neſcimus an ſum⁹ in gratia. idõ timere debem⁹ ne effectus miſſe euaneſcat in nobis. Sed cũ celebram⁹ pro mortuis dicimus. Requieſcãt in pace: q2 eis hoc cõpetit. His expeditis bñdicit pplm̃ ſacerdos dicẽs Celeſti benedictiõe. Prio ſtãs ante altare benedicit ſeipm̃. deinde dicit reuertendo ſe ad pplm̃ in dexteram partẽ altaris. ⁊ cõſequẽter ad pplm̃ in medio altaris. ⁊ fili⁹: ⁊ vltimo redeũdo: ⁊ ſpũſſctũs amen. p qd̃ deſignatur miſſio ſpũſſcti in apoſtolos. licet aũt ſpũſſanct⁹ ibi tm̃ datus eſt: tamẽ q2 tota trinitas miſſionẽ operata eſt. ideo dicit pater ⁊ fili⁹ ⁊ ſpũſſctũs. Poſt hec oĩa ſacerdos flectẽdo ſe corã altari hũiliter dicat. Placeat tibi ſãcta trinitas obſequiũ ⁊c. Et deinde hymnũ triũ puerorũ cũ pſalmis ⁊ orõnib⁹ conſuetis. Cõtra hoc tñ multi ſacerdotes peccant q non ſe flectũt dicentes iſtã orõnem. Placeat tibi ſancta trinitas ⁊c. cũ tamen flectere cõgruit ꝓpeo q tunc grãꝝ actiones referunt ſancte triniti pro beneficijs in miſſa exhibitis. Et quod dicitur deteri⁹ eſt q aliqui obmittunt hanc orationẽ in quo grauiter peccant. Unde legitur q quidam obſeſſus a demone poſtq̃ adductus eſſet ad quemdam ſacerdotem in eccleſia ille volens certificari a diabolo quid de eius vita ſentiret. queſiuit de ipſo quaſi de alio dicens. quid tibi videtur de Jacobo ſacerdote. Reſpondit demon. Olim fuit noſter ſed iam eſt dei. Deinde idẽ ſacerdos queſiuit de ſocio ſuo dicens. Quid tibi videt̃ de Bartholomeo ſocio meo. Reſpõdit demon. ſi nõ ſubtraheret bonus eſſet. Ille vero fuit valde admiratus q diceret eum furem cũ tamen ſciret eũ ſanctũ hominem. Interrogauit igit̃ quidnam ſubtraheret. Reſpõdit demon ſubtrahit deo illam orationẽ poſt miſſã. Placeat tibi ⁊c. Quod multũ nobis placet: ⁊ deo maxime diſplicet. que omnia fuerunt ita cõperta ſicut ille dixit. ideo caueat ſacerdos ne aliquid obmittat quod ẽ de conſuetudine eccleſie circa miſſam obſeruandum.

## Cautele ſeruande in celebratione miſſe.

SEquuntur cautele circa miſſam obſeruãde Et primo generales tam laycis q̃ clericis neceſſarie. Prima igitur cautela generalis eſt: vt tam clerici q̃ layci eccleſiã precipue tẽpore celebrationis miſſe humiliter ⁊ deuote frequẽtent: ⁊ quieta ꝯuerſatiõe deo grata: atq3 inſpicientib⁹ placita proximũ non ſolũ inſtruãt. ſed ⁊ reficiant. de emunitate ec. ca. decet domum. li. vj. Scd̃a vt audientes miſſam quotiens audierint preſbitero dici nomen dñi noſtri ieſu xp̃i flectãt genua. et caput inclinent reuerenter vt dicitur ibidẽ. Tertia vt nulla ꝓphana ⁊ multo forti⁹ feda colloquia

proferant vt ibidem pulchre dicit. Quarto caueant ne aliquis ante finem miſſe recedat ſine magna neceſſitate. Idem ſi exit de ſermone. qđ ſi fecerit excõicetur. maxime ſi hoc fecerit cõtẽnendo ſacerdotez predicãtem tanq̃ minus ſcientem. ſicut ſolent facere quidaz laici litterati dicẽdo. quid audirem iſtũ ribaldũ cum ego plus ſcio de ſcriptura q̃ ipſe Cõtra quos eſt canõ. xxxvij. di. ſedule. ꝛ c. cũ ex iniuncto. de hereticis. vbi talia ꝓhibent. Sz q̃ tales poſſent excõicari habes expreſſe de ꝯſe. di. j. vbi ſic dr. Oĩs fideles qui conueniunt in ſolẽnitatibꝰ ſacris ad eccleſiam ꝛ ſcripturas aplor̃ ac euangelium audiãt. Qui aũt nõ pſeuerauerint in oratione vſq̃ dũ miſſa pagatur nec ſctãm cõionem percipiũt velut inqetudines eccl'ie cõmouẽtes cõuenit cõione priuari. Et iſte ẽ canõ apoſtolor̃. Et ibidez in cõcilio carthaginenſi dr. Sacerdote in eccl'ia verbũ dei ꝓponente q̃ egreſſus fuerit de auditorio excõicet. ꝛ ex ꝯcilio agatẽſi ibidẽ habet. Miſſas die dominico ſecularibꝰ totas audire ſpeciali ordine precipimus: ita vt ante ſacerdotis benedictionez egredi populus non preſumat quod ſi fecerit ab epo publice ꝯfundatur vbi dicit glo. hoc dico preceptũ eſſe. Vñ contra preceptũ faciunt qui diebus dñicis miſſam non audiunt. Hoc etiaz eſt cõtra illos qui venientes ad miſſam non audiunt quid ibi legit aut predicatur. ſed circũeũt eccliam ſicut iudei ſynagogã cum tñ dicatur in ps. Stantes erant pedes noſtri i atrijs tuis. et de talibus poteſt dici illud ps. In circuitu impij ambulãt Cõtra quos expreſſe eſt canõ Anaſtaſij pape. de ꝯſe. di. j. aplicam. vbi dicit q̃ cũ legit euangeliũ nõ ſedentes nec ſtantes: ſed curui debemꝰ audire. Si aũt ſeſſio prohibet multomagis diſcurſus ꝛ circuitꝰ. Hoc idẽ habes in ca. qñ aũt ibidez. vbi Cyprianus dicit eſſe ſtandũ ad orõnem ꝛ vigilandũ ꝛ incũbendũ ad preces toto corde. neq̃ aliqđ carnalis hominis ꝛ ſecularis eſſe cogitandum. o ſi ꝓhibet carnalis cogitatio q̃to plus carnalis locutio ꝛ cõfabulatio Quito caueat laicus ne vacuus die feſtiuo ad miſſaz veniat. de ꝯſe. di. j. Oĩs xpiani. Qr ſcriptũ eſt. Nõ apparebis in cõſpectu dei vacuus hoc tñ eſt cõſiliũ ſcdz glo. ibidẽ diebꝰ ꝑuatis. ſz diebꝰ feſtiuis videt eſſe preceptuz. Vñ videt q̃ oblationes ſint exigende: ꝛ q̃ parrochiani ſint ad eas cogẽdi. vt. xvj. q. j. ſtatuimꝰ. Eſt tñ argumentũ cõtra. xij. q. j. duo. dicit tñ glo. in. c. oẽs xpiani. vbi ſupra q̃ ſi ſacerdos eſt paup pot diuina ſubtrahere parrochianis niſi dẽt. vt de ſymonia. c. cũ ſit. Sexto caueat quilibet ne alibi niſi i ꝓpria parrochia die feſtiuo miſſam audiat. al's poterit excõicari. vt de parrochijs. ca. j. Septimo caueat quiſq̃ ne audiendo miſſaz ꝓpe altare nimis appropinquet. vt de vita ꝛ hone. cleri. c. j. Et iſta ſũt itimãda ppl'o ſepiꝰ: vt debita reuerẽtia circa ſacra eccl'aſtica hẽat

SEquũtur nũc cautele clericis neceſſarie. Et prĩo caueat ſacdos ne in veſtibꝰ vel ornamẽtis ſordidis celebret:

ſed ornamenta predicta iuxta melio rez diſpoſitionē mūdet ⁊ iuxta facultatem bonoꝝ eccleſie meliora ꝙ poterit cōparet. Vñ dicit. Stephanꝰ eꝑus familiari amico hylario ꝙ veſtimenta eccleſie quelibet dūmodo miniſtrant̄ ſacramēta debēt eſſe mūda ⁊ honeſta. Hoc eſt contra illos ꝙ de bonis eccleſie comparāt eis tunicas pro decē marcis ⁊ ornamentū pro miſſa pro media marca aut ſexagena. nec debēt in alijs ꝙ̄ʒ aureis vel argenteis calicibus celebrare. ꝑmittit tamen canon ſtagneū habere calicē ꝑpter paupertatē. de ꝯſe. di. j. calix. Scđo caueat ne plures miſſas celebret preter diem natiuitatis xp̄i vbi tres celebrant̄ ⁊ ſine neceſſitate magna. Et hoc fit in iſtis caſibus vt ſi poſt miſſam celebrataʒ de die occurrit funus tūc in prima miſſa nō ſumēdo aquaʒ ablutionis pōt poſtea celebrare requiē. Itē ſi occurreret hoſpes magnꝰ vt princeps vel magnꝰ dñs qui non audiuit miſſaʒ. Item ſi occurrerint ſponſi volentes audire miſſam. Iteʒ ſi aliqͥs habuerit plures eccleſias propter paupertatem vni cōmēdatas. Itē ſi ſupuenerint peregrini. adhibita ſemꝑ predicta cautela ne aqua oblutiōis prioris miſſe ſumat̄: de his habemus. ca. j. de cele. miſ. ca. cōſuluiſti. Dicit tñ Franciſcus de ſarabellis. ibidem ꝙ hoc eſt fugiendum niſi neceſſitas ſuaderet. Tertio caueat celebrās ne ſine lumine ⁊ cāpana celebret. vt de cele. miſ. ca. j. qꝛ xp̄us candor eſt lucis eterne: vt ibidem dicitur in. c. ſane. Quarto caueat ne plus ponat de aqua ꝙ̄ʒ de vino. quia dicit. Joh. an. in. ca. pernicioſus. de. cele. miſ. ꝙ credere debemus ꝙ de latere xp̄i maior quātitas exiuit ſanguinis ꝙ̄ʒ aque vt dꝛ in. c. iij. ibidem. Quinto caueat ille ꝙ ſolus eſt in eccleſia ne propter miſſaʒ peculiarem. i. priuataʒ ſeu ex deuotione celebrandā obmittat miſſam de die vt dicit̄ in. ca. quidam de cele. miſ. Sexto caueat ne legat miſſaʒ ad alicuius petitiones ꝑpter hoc ꝙ haberet bonos ſegetes vel vt ſibi in haſtiludio bene ſuccederet: quia iſta ſm Inno. reprehendunt̄ in. c. quidam. de cele. miſ. Multo fortius autē caueat ne legat miſſam vt deus aliquos ꝑdat quia talis grauiter peccat. Et eſt deponēdus ſm Joh. an. in. c. quidā: vbi ſupra ꝑ quo allegat. xxvj. q v. q̄cūꝙ̄ʒ. Septimo caueat ne nimis mane celebret. ſ. ante diem: quia ſm ſctm̄ Tho. iſtud ſacramētū ꝑtinet ad diē gratie ſicut dicit apoſtolus. Ro. xiij. Nox preceſſit ⁊c. Contra illos qui canunt. Rorate ante diem. cum tñ in aurora cantari debet. Excipit̄ tñ natiuitas xp̄i. in ꝙ canitur miſſa poſt medium noctis. que ſignificat ſtatū ante legeʒ qui fuit in tenebris: vt dicit glo. de cele. miſ. Uerūtamē ep̄is cōceſſum eſt. vt videt̄ ſm Joh. an. ꝙ ſūt invia ꝙ pñt maturiꝰ ꝙ̄ʒ alij audire. vt de priui. ca. vlti. li. vj. Octauo caueat ne legat qͥs miſſaʒ niſi poſt matutinum primam et tertiam ideo ex quo hora tertia dicitur paſſꝰ et crucifixus linguis iudeorum: videtur ꝙ tunc eſt hora cōueniens celebrandi: ſm doctores modernos.

## De dicēdis horis canonicis

Oportet ſemꝑ orare. Lu. xviij. Sicut dicit Henric⁹ de vrimaria de pfectiõe interioris hoīs. li. ix. c. j. cuiuſlibet iuſti hoīs ſui cordiſqꝫ pfectio ad iugem ⁊ indiſruptā orationis pſeuerantiā tendit. Et quantū humane fragilitati conceditꝛ ad continuam tranqllitatem mentis niti debꝫ ⁊ ad eius ꝑpetuam puritatez. ꝓpter quā poſſidendam ⁊ oēm laborez corpoporis ⁊ contritionē ſpiritus inde feſſe qrimus ⁊ iugiter exercemus. Et ſicut ad orationis pfectionez tendit ſtructura virtutum. ſic nec ipe ꝟtutes abſqꝫ orationis iugitate ⁊ pſeuerantia poſſunt cõpleri. Quo circa ſaluator noſter nos ammonens vt hanc pſeuerantiam orādi teneam⁹ dicit. Oportet ſemꝑ orare. Non eſt autem intelligēdum ꝙ hõ ſic quotidie dbeat orare: vt nec dormiat: nec comedat: vel nec laboret: ſed ꝙ iſtāter temporibus congruis oret. Vñ lyra dicit ſuꝑ Lucam ſuꝑ loco thematis noſtri ꝙ hec dictio ſemꝑ non importat cõtinuitatē tꝑoris qꝛ oportet orōnē interrumpi tꝑe dormitionis ⁊ aliquaꝝ aliarum neceſſitatū: ſed importat cõſtantiā ſiue inſiſtentiā orōnis tꝑoribus ⁊ horis ad hoc cõgruis. Hinc dicit Beda ſuꝑ locū iſtum. Dicendū eſt eū ſemꝑ orare et nõ deficere q̄ canonicis horis rogare nõ deſiſtit. Pro q̄ facit illud qđ i collationibus patrum legitꝛ đ abbate Lucio q̄ tacitantes quoſdaz monachos ꝙ ſine intermiſſione orarēt ⁊ nullum aliud opus facerent corripiens dicit. Qñ manducatis ⁊ bibitis qs ꝓ vobis orat: q̄ audito illi obmutuerūt. Ille vero cõſequenꝛ ſubiunxit. Ego oſtendā vobis qꝛ operans manibus meis ſine intermiſſione oro. Sedeo em̄ iuuante deo infundens mihi paucas palmulas et facio ex eis plectā. ⁊ dico Miſerere mei deus ⁊c̄. Et illas plectas vendens ꝓ ſedecim nummis duos pono an̄ oſtiū domus ⁊ q̄ recipit orat ꝓ me tꝑe quo ego mãduco vel dormio. atqꝫ ita impletꝛ a me ꝙ ſine intꝛmiſſione oro. Iſte pater laborioſus nihil aliud ſignificabat niſi ſtatum laicalē opoſum ⁊ manuali labore inſudantē. q̄ vt dicit. Hoſt. nõ valens cõtinuis tꝑibus orōnibus vacare laborat manualitꝛ ⁊ corporalitꝛ ⁊ de labore ſuo bona tꝑalia: poſſeſſiões oblatiões ⁊ multiplices redditus. ⁊ ꝓuentus pſonis ſpūalibus pſoluit. hac itaqꝫ intentione vt eo deficiēte vel deſiſtente a iugi oratione, ſpūales deū exorent. vt ſic ſemꝑ orare videatur. Qui q̄dem ſtatus ſpūalis ſemꝑ orare dicitur cum horis tam nocte q̄ꝫ die competenter diſtinctis ſeptē vicibus horas canonicas perſoluit qua rõne iura canonica dictū ſeptem horarum canonicarū officium penſum ſeruitutis appellant. vt in. c. j. de cele. miſ. Ex quo patet totum clerum in ſacris inſtitutuz obligari ad horas canonicas ſingulis diebus dicēdas. Circa quoꝝ conſiderationez: vt facilius memorie cõmendentur q̄ ſequūtꝛ ponunꝛ aliqua dubia ꝑ queſtiunculas breuiſſimas cum ſolutionibus earundē. Et primo q̄ritur an oēs clerici in ſacris inſtituti tam beneficiati q̄ꝫ non beneſi

ciati ad horas canonicas teneant.
Et dicendū eſt ſm Joh.an.in.ca.j.
de cele.miſ.et in glo.vj.cle.j.de ce-
lebra.miſ.ꝙ ſic.Idem notat Arch.
xcj.di.eleuterius vbi ipſe dat hui9
dicti rationem dicēs quia ordini ſa
cro officiū eſt annexū.vnde ſubdia-
cono dicitur in ordinatiōe ſua.vide
ſi hactenus fuiſti ad eccleſiā tard9
modo ſis velox.ſi ſomnolētus mo-
do ſis vigilans. Et ſi dicitur tamē
forte nō habet beneficiū de quo ſer-
uiat.. Reſpondeo ꝙ imputet ſibi ⁊
epō qui eum ſine titulo ordinauit.
Verūtamen dicit archi.xcij.di. in
c.Si quis preſbiter.ꝙ licet q̄s ſpō
te ordinē accipiens ſe huic neceſſi-
tati ſupponit:nō tamen tenet inter-
eſſe eccl'iaſticis officijs ſicut ille q̄
eſt ad hoc deputatus ſm Hugo. q̄
etiā credit ꝙ is qui nō eſt alicui9 ec
cleſie clericus debet cogi intereſſe
diuinis officijs. ⁊ hoc ſi commode
poteſt intereſſe. Secundo queritur
q̄d ſi clericus beneficiat9 neſcit ho
ras legere. Reſpōdeo nō excuſatur
q2 dʒ ſcire legere. alias ꝑuatur bñfi
cio. cū tales habere debent compe
tentē ſciētiam:vt dʒ in.c.cū in cun-
ctis de elec. Competēs aūt ſciētia
ſm archi.xxxvj.di.Illitteratos.eſt
vt ſciat canones penitētiales. pſal-
teriū.omelias. ⁊ hmōi.xxiij.di.ca.
qui epſ.imo dicit Hug.lxxxv.di.i
c.Archi.et in.c.omnes.xxxviij.di.
nō ſolum requirit ꝙ ſacerdos ſciat
in libro legere ꝑfecte:ſed etiā debet
corde tenus pro maiori parte ſcire
pſalteriū. Verūtamen dicit Inno.
ꝙ licet clericus cātans cū alijs nō
oīa intelligit que canūtur.tñ nō pec
cat mortaliter dūmodo cor ſuū ſur
ſum ad deū habeat culpaʒ dicens.
Eſt tñ clericus ſi iſta cōmunia ig-
norat que ad ei9 officiū ſpectāt ſm
Hoſti.de qualitate ⁊ etate ordinan-
doꝝ.eā te.⁊c. Tertio querit quid ſi
aliquis puer maior ſeptēnio ex di-
ſpēſatione obtinet beneficiū nō cu-
ratū ⁊ neſciat horas legere. Reſpō
deo poteſt cum eo epſ diſpēſare ex
cauſa neceſſaria vl' vtili: vt aliquas
alias orōnes loco horaꝝ dicat Ra
tio magiſtri ſtaniſlai de ſcabinū dñi
mei in quadā poſitione ſua eſt.quia
ex quo diſpēſat epſ in pncipali ſcʒ
in bñficio:diſpēſare poteſt in acceſ-
ſorio.ſcʒ officio. Quarto querit q̄d
ſi quis eſt infirm9. Rñdeo ſm In-
no.de cele.miſ.c.j.ſi eſt talis ĩfirmi
tas que impedit a dicēdo vel audiē
do horas excuſat infirmus: nec te-
netur poſtea aliq̄d dicere:nec ꝑ iſto
penitere:quia neceſſitas legē nō ha
bet.de obſeruatione ieiunioꝝ.conſi
lium. Secus eſt ſm Hoſti.ſi eſt ali-
qua infirmitas q̄ ſolū impediret di
cere: ſʒ nō audire. tūc eñ ſacerdos
debet aliquē aliū corā ipſo legenteʒ
audire ſi eum habere poteſt. Vel ſi
eſt infirmitas leuis ſicut vetus q̄r-
tana.in q̄ etiā ſua negocia procura
ret.tūc oīs horas legere tenet ⁊c.
Quinto querit quid de illo qui ami
ſit librū in via eūdo. Reſpōdeo ꝙ
ſi caſu hoc accidit poteſt excuſari
ꝑ illa vice ab horis. ſed nihilomi-
nus dicat illa que ſcit.puta orōnes
vel pater nr̄ ne vacet ocio. Ratio
huius dicti quare iſti nō imputat:
quia ꝑ eū nō ſtat.ergo ſibi nō debet
imputari ex regula iuris.li.vj. Qʒ

p me. Sexto q̃ritur an clericus bñfi
ciatus in ſcolis ſtans de licentia epi
vel peregrinãs ad curiã excuſat ab
horis canonicis dicẽdis. Rñdeo lz
aliq̃ dicũt q̃ tales excuſant ſi p alios
loco ſui in eccl'iis cõſtitutos cõpleã
tur: ⁊ hoc ſi eſt clericus beneficiatus
in minoribus ↄſtitutus ꝓut recitat
Archi. xcj. di. Eleutherius. allegã
do dictum abbatis ⁊ Petri de ſam
prana. de cele. miſ. c. j. Tu dicas au
dacter q̃ talis clericus ſiue ſit bñfi
ciatus ſiue nõdũ ſit in maioribus
conſtitutus ſiue in minoribus nec
propter ſtudiũ nec ꝓpter laborem
peregrinationis ab horis canonicis
excuſat nec archieps nec eps poſſit
ſup his diſpẽſare: aut in aliud com
mutare. Nec abbas cũ monacho ꝓ
pter ſtudiũ. ita ſcribit Archi. ĩ dicto
c. Eleutherius. ⁊ Raymũdus in ſũ
ma: in titulo ꝺ officiis clericoꝝ. ca.
nunq̃d. ⁊ ſeq̃ntibus. Ex his oĩbus
ſumit iſtud documentũ q̃ obmittẽs
horas ex volũtate: aut ex accurata
negligentia peccat mortaliter. Te
netur etiã eas reſumere vel diſpenſa
tiue in alio genere ſatiſfactiõis recõ
penſare. Rõ q: ex quo talis ſoluere
tenet ⁊ nõ ſoluit. neceſſe eſt vt ſoluat
Verũtñ ſi fieret multitudo negligẽ
tiarum põt diſpẽſari ſecũ vt alio die
ſecus nõ faciet: niſi ſatiſfaciet. vt di
cit Jo. an. in. c. dolẽtes. ⁊ Inno. in.
c. j. de. cele. miſ. Et idẽ dicit Hoſti.
q̃ ſi eſt tanta diuerſarum horarum
negligẽtia q̃ q̃ſi impoſſibile eſt eas
redicere cõmutet in aliam peniten
tiã. Septimo q̃ritur an ille q̃ ex oc
cupatione liciti operis vt q: multũ
ſcripſit vel audiuit confeſſiones vel
aliud fecit per quod neglexit horas
mortaliter peccet: Reſpondeo non
quia talis per ignorantiam ꝓbabi
lem excuſatur. de clerico excommu
nicato miniſtrante aplica. Octauo
q̃ritur an tot q̃s pctã cõmittit mor
talia q̃t horas vnius diei obmiſit
vel neglexit: Rñdeo q̃ lz officiũ to
tum vnius diei ſit quoddam totum
integratũ ex ſuis partibus ⁊ vno p̃
cepto p̃cipiatur. ⁊ p conſeq̃ns tranſ
grediens oẽs ſimul vna die non pec
cat niſi vno pctõ mortali. tñ ſi q̃s ne
gligit vnã horam: vt puta primã vł
tertiã ⁊c̃. ⁊ alias cõplet etiã peccat
mortaliter: ſed nõ ita grauiter ſicut
obmittẽs vel negligens oẽs horas.
vñ vnum pctm̃ mortale eſt grauius
alio. Eſt aũt veritas q̃ ꝓ negligen
tia horarũ vnius diei integre incur
rit q̃s mortale grauius q̃ꝫ ꝓ negligẽ
tia vnius hore canonice diei illi⁹.
Rõ q: maior eſt cõtemptus diuine
laudis in toto q̃ꝫ in parte Nono q̃ri
tur an attentio mentis in horis ſit
neceſſaria. Rñdeo ſm Tho. ij. ij. q.
lxxxiij. q̃ duplex eſt attentio. vna q̃
attenditur ad v̾ba ne q̃s ĩ eis erret.
Scđa qua attendit ad finẽ oratio
nis. ſ. ad deum ⁊ ad rem ꝓ q̃ oratur
q̃ quidẽ maxime eſt neceſſaria. Et
hanc etiã ydiote pñt habere. Qñ er
go euagatio mentis fit in orõne ex
ꝓpoſito ẽ pctm̃ mortale ⁊ impedit
orõnis fructũ. vnde p̃cipit clericis
vt officium diuinũ q̃tũ deus dede
rit ſtudioſe celebrent pariter ⁊ deuo
te. de cele. miſ. dolentes. Hoc aũt cõ
tingit qñ hore canonice trãſcurrunt
⁊ ſincopant vel extranea ⁊ ꝓphana
vana ⁊ inhoneſta colloq̃a intermi

ſcenk. vt dr̄ ex conciſio p̄mo vien̄. de
cele. miſ. graui. in cle. Euagatio tñ
que fit preter intentionem oratiõis
fructum non tollit. q2 dicit Baſiliuſ
ꝙ cuz homo ex fragilitate neq̄t ora
re attente de9 illō ignoſcit. vñ glo.
v. in cle. graui p̄mo allegata ꝙ in ta
li caſu ſatis eſt ex labijs ſuis ſeruire
deo in diuinis officijs. lȝ cor diuer-
tat ad alia: ſꝫ Inno. ⁊ Hoſt. de cele.
miſ. in ca. dolentes q̄ tenent ꝙ talis
nõ peccat mortaliter maxime cogi
tando ſpūale q̄d vel tēporale quod
de ſui natura nõ ſit malū: ſicut ille q̄
in veſperis cogitat de ſmone faciē
do poſt veſperas p̄cipue ſi eſſet fa-
tigatus. de quo p Tho. iiij. ſenten-
tiaꝝ. di. xv. Ex quibus oĩbus infer
tur ꝙ ſi ſubeſt neceſſitas q̄ dilatio-
nem nõ capit poſſunt licite tūc alia
negocia expediri. Scd̄o infertur ꝙ
ſi q̄s ſtudioſe incipit legere horas
⁊ tandē in medio errat: ſed in fine ſe
recolligit: merito nõ fruſtrak apud
deum. Ratio q̄a non ſemp requirik
intentio p actus eſſentiales. Naz p
pheta dauid de ſe dixit. Cor meum
dereliquit me. ps. xxxix. Satis eñ
eſt ꝙ maneat per virtutē q̄ fit quā
do cuz bona intētione quis accedit
ad orandū. licet in proſecutõe mēs
ad alia rapiātur. Semp eñ vis pri
me intentõis manet: niſi tanta eſſet
euagatio ꝙ attentio omnino periꝛ
Et tunc notum eſt quod dicit Cy-
prianus. li. vj. ō oratione dominica
Et quid audiri poſtulas a deo: cuz
teipſum non audis. Et Caſſianus
dicit. Nunq̄d orat etiam quiſq̄ fle-
xis genibus ſi per diuagationem di
ſtrahik. Hec in gloſa magna in cle.

Si dominum. de reliquijs et vene-
ratione ſanctorum. Ex quo patet
ꝙ hic ſolum negligentia accurata ⁊
craſſa damnatur ſm Innocentium
in capitu. dolentes. Decimo queri-
tur quid de illo qui non interfuit p̄n-
cipio hore alicuius: vt quia negle-
xit: ſed non malicioſe: quia forte pul
ſum tam cito non audiuit vt ſic in-
duatur. Nunquid ille debet princi-
pium repetere: Reſpondeo ꝙ non
oportet a capite incipere: niſi mag-
nam partem obmitteret: quia tunc
deberet repetendo adimplere ſm
Inno. Et ſimiliter dico de fine ho-
re: ſi aliquis ex neceſſitate exit cho-
rum tunc enim reſiduum ſuppletur
per alios: quia omnes ſunt vnū cor
pus in dño. de conſtitutionibus. cū
omnes. Undecimo queritur an ſi
obmiſſus vel neglectus eſt vnus
pſalmus debeat fieri repeticio in
choro: Reſpondeo ſm Innocen. ꝙ
non eſt tanta obmiſſio pſalmi vni-
us ꝙ deberet repeti ſi ſcandalum in
populo immineret. Unde melius
eſt obmittere ⁊ non repetere pro-
pter ſcandalum populi. quia meri-
to dicerent. Ecce clerici noſtri aut
ſuffuſi ſunt aut ignari neſcientes
quid cantandum ſit. Ex quo di-
cto arguendi ſunt illi cauillatores
non cantores chori qui propter
vnum accentum faciunt ſilentium:
quod tamen ſepe contingit ⁊ male.
et iterum reincipiunt. qui potius
dicendi ſunt diuinorum turbatores
q̄ cātores. Uerūtñ vbi hec ſine ſcā
dalo fieret. vt ſi ppl's deeſſet meli9 fit
repeticio ſpal. q̄ obmiſſio ſm Joh.
an. in. ca. dolentes. Duodecio q̄rik



an degradatus ab ordine ſuſpēſus ꝛ
excōmunicat⁹: et ꝗlibet criminoſus
teneat̄ ad horas canōicas? Reſpō-
deo ꝙ ſic ꝗ̄diu tolleratur ab eccleſia.
patet ꝙ non debet eſſe melioris con
ditionis malus ꝗ̄ bonus. Si ergo
bon⁹ obligat̄ multomagis malus.
Unde licet iſti amiſerunt honorem
non tamen on⁹. alias ex malicia cō
modū reportant tales. tamen in ho
ris non debent dicere dn̄s vobiſcū
ꝛc. Tredecimo queritur vtrū ꝗs ha
bens plura beneficia in plurib⁹ ec-
cleſijs debet plures dicere horas?
Reſpondeo non: ſed ſolum ſimpli-
ces. Nec obſtat illud Greg. Cū cre-
ſcūt dona: rationes etiā creſcūt do
norū. illud eīn fit propter impoſſibi-
litatē facti ad qd̄ nemo obligat̄. vi
deant tamen tales ꝗ diuites ſunt. q̄
tales occupāt ꝛ ſubtrahūt alijs pau
peribus neceſſaria: vt in alijs bonis
operib⁹ recōpenſent. Et debet dice-
re illi⁹ eccleſie horas in ꝗ maiorem
habet gradū dignitatis vel officiū.
vt ſi es decan⁹ in vna ꝛ in alia cano
nicus: dicas illi⁹ eccleſie horas vbi
habes decanatum. vnde q̄ laudes
dat vt vn⁹ homo. ideo ſimplas non
duplas horas tenet̄ dicere. Si eccle
ſie diuerſe ſunt eiuſdem dignitatis:
vel equalia beneficia habet in diuer
ſis: tunc ſi eſt ab vtraqꝫ eccleſia ab-
ſens eligat qd̄ officiū voluerit. ſi ta-
men habet eccleſiā parrochialē in
vna dyoceſi ꝛ in alio prebēdā dicat
horas ſm̄ eccl'ie parrochialis ꝯſue-
tudinē ꝛc. pro ꝗ facit illud Amb. ad
quācūqꝫ eccl'iam deueneris: eiuſdē
morē ſerua. xij. diſt. illa. Ex quo in
fert̄ ſm̄ vvilhelmū laudiū. in. cap. di
gnemini. de cele. miſ. in cle. ꝙ adue-
ne comedentes carnes vel alia q̄rta
feria vel ſabbato die in loco vbi non
eſt ꝯſuetudo peccarēt. licꝫ in patria
ſua comedat̄ de ꝯſuetudine. Rō q̄
debet ſe cōformare his cū quib⁹ cō-
uerſat̄. xij. diſt. ca. j. et de ſtatu regla
riū. c. ij. Quartodecimo querit̄ vtrū
monach⁹ exiſtens prelat⁹ eccl'ie ſcla
ris reget eā in horis ſm̄ conſuetudi
nē illi⁹ eccl'ie vel ſm̄ officiū mona-
chale? Reſpondet̄ ſm̄ Jo. an. in cle.
de cele. miſ. in ꝟ. licite ꝙ nō reget ſꝫ
monachale officiū ſed ſm̄ clericale
Hoc dicit placere Joh. xvj. q. j. ca.
iij. Goffre. de ſtatu monachoꝝ. in ſū
ma. ca. ſed nūqd. ꝛ Hoſti. in ſumma
eiuſdē. c. ij. Quintodecimo querit̄
ꝗ ſit cōpetens hora pro ꝗlibet hora
canonica regl'ariter dicenda? Reſ-
pondeo ꝙ ſeptē ſunt hore canonice
ſcilicet matutinū. p̄ma. tertia. ſexta.
nona. veſpere. ꝛ cōpletoriū. vt in ca.
j. de cele. miſ. ꝛc. di. preſbiter. Et ſūt
iſte hore inſtitute in memoriā paſſio
nis xp̄i. Nā matutinū ſignificat de-
tentionē xp̄i ꝗ fuit poſt cenā in me-
dia nocte. Unde tali hora dꝫ ꝗlibet
dicere matutinū: vt ei cōueniat illd̄.
Media nocte ſurgebā ad confitēdū
tibi. Tho. tn̄ dicit ꝙ ſufficit matuti
nū dicere poſt tres partes noctis. i.
ante aurorā. ꝛ hoc hodie approbat̄
quaſi per om̄s doctores. Qd̄ tamē
cōtra m̄ltos eſt ꝗ conſumpta nocte
in potatiōe gula et ebrietate nō niſi
clara die dicūt matutinū. ꝗs arguit
illd̄ ꝓpheticū. Ubi eras cū me lau-
darēt aſtra matutina. Cōtra ꝗs eſt
decre. de cele. miſ. dolētes. vbi d̄r ꝙ
tales circa cōeſſationes ſupfluas et

ↄfabulatiões illicitas. vt de aliis taceã fere medietatẽ noctis expẽdũt. ⁊ ſomno reſiduuz relinq̃ntes vix ad diuturnum cõcentũ animũ excitãt traſcurrentes vndiq; cõtinua ſyncopa matutinuz. Prima vo canit in aurora orto ſole in memoriã reſurrectiõis xpi q̃ tunc dr ſurrexiſſe q̃tum ad noticiam mulierũ: q̃ orto ſole venerũt ad monumẽtum. Prima etiã hora viſus eſt in littore poſt reſurrectionẽ. Prima hora conduxit ꝓcurator vinee operarios. Math. xx. ⁊ ſignificat laudẽ hois quam deo in puericia impendit. Tertia canit in memoriã ſue crucifixiõis q2 tunc eſt ore blaſphemantiũ ⁊ accuſantiũ iudeoꝝ crucifixus. Tũc etiã ſpm̃ ſctm̃ miſit aplis. Et ſignificat laudez hominis in adoleſcentia. Sexta canit in memoriale corporalis paſſionis tũc eñ tenebre facte ſunt a ſexta hora vſq; ad nonam. Eadem hora diſcubuit cũ diſcipulis in aſcenſione. Et ſignat laudem hois in iuuentute. Nona canit. q2 tunc xps emiſit ſpm̃. ⁊ latus eius fuit pforatuz. Uñ ꝓfluxerunt ſacra. ſ. ſanguis in redẽptionem. ⁊ aqua in ablutionem. Et ſignat laudẽ hois in virilitate. Veſpere dicunt in memoriã depoſitionis xpi d̃ cruce. Et ſignificat laudẽ hois in ſenectute. Cõpletoriũ autez canit in memoriam ſepulture xpi. Et ſignificat laudẽ hois in decrepita. Unde vſus. In matutino damnat tpe xps. Qñ ſurrexit pmam canit ordo fidelis. Tertia cum canit tunc eſt cruciamina paſſus. Tenebre ſunt ſexta p mũdi climata facte. Emiſſus nona diuinus ſpũs hora Veſpere claudunt xpi mẽbra ſepulchro. xp̃o biſſena cuſtodia ponitur hora. Quamuis aũt horis cõpetẽtibus ⁊ diſtinctis hore canonice in eccleſiis cathedralibus vel collegiatis regulariter ſunt cõplende põt tñ in horis canonicis dicendis ex cauſa rationabili: vt q2 plebanus hz viſitare ĩfirmos ⁊ eos ꝓcurare ſacris vel hz audire cõfeſſiones. ⁊ cuz hoc aſpicere licitos labores corporales oẽs horas incluſiue dicere etiaz añ diem. Silr qui habz p̃dicare vel aliquid legere in facultate vtili ſcolaribus põt etiam ſimul ante diem omnes complere. Qui vero hoc facit cauſa laſciuie: vt. ſ. expeditis horis ante diem in die liberius vacet ocio ⁊ vanitatibus ſeculi nõ põt hoc facere ſine pctõ ſm Tho. in q̃daz quodlibeto. Sunt etiaz aliq̃ qui ante medium noctis oẽs horas euadunt. Et hi ſimiliter peccãt cũ adhuc nõ ſunt digeſti: vt legitur in vita ſpatrũ q̃ quidã pater qñ orabat valde mane angelus ſibi portabat vuas non maturatas: quando vo nimis tarde tunc portabat putridas: qñ vero competẽti tpe tunc portabat maturas ⁊ valentes. Sed quare in q̃dragesima dicunt veſpere ante prãdiuz ferialibus diebus cum miſſa? Rñdeo ſm Archi. de cõſe. diſt. j. Solet eñ ieiunium quadrageſime magis celebrari ad imitationem xpi Et q2 xps ieiunauit. xl. diebus ⁊. xl. noctibus nihil comedẽs d̃beremus nos toto illo tpe ieiunare nulla die vel hora comedentes ſicut ip̃e non comedit. Et quia hoc facere non poſſumus ꝓpter defectũ nature ſaltem

toto die ieiunando volumus eũ imi
tari: ⁊ qꝛ inſtante ⁊ vrgente famis ne
ceſſitate nõ poſſumus expectare vt
finiatur dies. expectamus ſaltez ꝙ
hore diurnales finiantꝛ. hore ſcꝫ q̃ in
die ſunt celebrãde quarũ vltima eſt
officiũ veſpertinũ. Completorium
eñ quod ſeqtur licet deputetꝛ huic
diei q̃ſi complens ipſam. non tñ de
cantatꝛ in hac die: ſed poſt finem ip
ſius in p̃ncipio ſequẽtis diei. qꝛ ẜm
cõputationẽ canonicam a veſperti
no tp̃e incipit ſequẽs dies. Ar. lxxv.
diſt. q̃d a patribus. Et ideo ſtatutũ
eſt ꝙ ĩ q̃dragesima veſpere poſt miſ
ſam nonalẽ ſtatim celebrentur ſine
interuallo. quod non fit in alijs ieiu
nijs q̃ nõ cum tanta diſtrictione ſer
uantur hec archi.

## De modo dicendi horas canonicas.

COnſequenter q̃ritꝛ de
mõ dicendi horas ca
nonicas. Eſt aũt mo
dus dicẽdi horas ẜm
modũ ⁊ formã ⁊ diſpo
ſitionẽ eccl'ie cathedralis ſi in ea ha
beatur ſpecialis rubrica. alioquin
recurritur ad metropolitanaz eccle
ſiam. cuius rubrica ab oibus eſt ſer
uanda. vt dꝛ in concilio toletano.
xij. di. de his. qua deficiente recurri
tur ad romane eccleſie cõſuetudinẽ
Hoc eſt cõtra multos romipetas q̃
in patrijs noſtris volunt dicere ho
ras canonicas ẜm moduz romane
curie: cum tñ habeãt ſpecialem mo
dum ⁊ formã ⁊ rubricam in eorũ ca
thedralibus aut metropolitanis ec
cleſijs. Et hi incidunt in penã dicti
cõcilij. ſ. ſuſpenſionis a cõmunione
ꝑ ſex menſes. Nam lꝫ eccleſia roma
na ſequẽda eſt in ſacris: nõ tamẽ in
diuinis officijs. vt notat Jo. an. de
cele. miſ. c. j. Monachi aũt orabũt
ẜm rubricã ſui ordinis vt ibidem dꝛ.
Item q̃ritur vbi hore canonice ſunt
dicende. Rñdeo in cathedralibus
eccleſijs dicẽde ſunt. immo etiaz in
parrochialibus eccleſijs ſi fieri põt
ꝯgrue. iuxta illud In eccleſijs bñdi
cite deo dño Uerũ qꝛ curati in par
rochialibus debent occupari cõfeſ
ſionibus ⁊ ꝓcuratiõe ſacramẽtorũ
tam circa ſanos q̃ʒ infirmos. ideo
ſufficit eis orare priuate in eccleſijs
vel in domibus. dum tamen in loco
honeſto ſit ⁊ q̃eto nõ ſicut quidam
diſcoli cõſueuerũt horas dicẽdo pel
lere ſcrophas vl' vacas ad paſcua ⁊
impellẽdo rũpere ꝟba horarũ ꝑ cla
mores ⁊ ꝑ minatiões ſcropharũ vl'
vacharꝫ. Quidã etiã in lecto iacẽtes
ſpoliati: ⁊ q̃d deterius eſt dicere ia
cẽtes ſupini ĩ dorſo poſito libro via
tico ſupra pectus murmurãt horas
Alij ꝟo de domo in domũ diſcurrẽ
tes ꝑ villã vl' opidũ clamitãt impla
teis ſonoroſe vt more phariſeorum
orare videantꝛ. Alij ꝟo añ fores ec
cleſie ſtãtes aut in cimiterijs circũ
euntes ſalutãtes ꝑſonas ad eccl'ias
deſcendentes. vnde fit aliq̃ñ vt dicat
dñs vobiſcũ ⁊ rñdeat. bonuz mane
dña groſa. q̃ potius errare q̃ʒ orare
dicẽdi ſũt. Nã hore cũ magna reue
rẽtia ⁊ etiã attẽtiõe dicẽde ſunt. Que
aũt reuerẽtia eſt in talibus locis cũ
tãtis ſtrepitibus. De q̃bus dicit Iſi.
d ſum. bo. Quid ꝓdeſt ſtrepitus la
biorũ vbi cor eſt mutũ. Sic eñ vox

ſine modulatiõe fit vox porcoꝝ. ſic orõ ſine deuotione eſt vox boũ. Et qđ deterius eſt nõnulli inter iſta ſordida ꝛ abhorrenda ꝛ abhominãda opa vbi etiam cũ cane loqui verentur cũ deo in orõne loquũtur. Certe mẽtior: ſi nõ audiui quẽdam preſbiterũ voce alta veſpas dicere beate virginis ſedendo in cloaca ꝛ purgando aluũ. Qđ nephas q̃tuz pudoris habeat et culpe attẽdere põt vnuſquiſq; ſenſatus. Ideo corrigat tã inepta corruptela: ne deus vnde placari debuit acrius ꝓuocet. Verũtamen qđ dictũ eſt de attentione interpretationẽ recipit mitiorẽ. Qꝛ dicit ſctũs Tho. ij. ij. q. j. q licet in orõnibus ꝑuatis debeat eſſe magna deuotio ꝛ attẽtio orantis. qñ em̃ ſentit abeſſe deuotio dimittẽda eſt. Non tñ ſic eſt in horis canonicis i quibus nõ requiritur deuotio ex neceſſitate debiti vel precepti eccleſiaſtici. ſed ex conſilio. vñ ſiue ſit deuotus ſiue nõ: nihilominus ſunt hore dicẽde a preſbiteris. alioquin expectãdo deuotionẽ que nõ eſt in poteſtate nr̃a raro oraremus. Intẽtio tñ omnino requirit vel actualis vł habitualis. vt videlicet intẽdat deum orare ꝓ ſalute ꝓpria ꝛ aliorũ. Et ꝑ hoc pꝫ etiã q ſacerdos orãs in peccato mortali q̃uis fruſtrat deuotione ꝛ gr̃a dei. tamen ipſe horas dicere tenet. qui licet nõ exaudit pro ſe: tñ ex quo orat in ꝑſona totius eccleſie pro alijs exaudit. Unde in hoc caſu cõparatur faci accẽſe que ſeipſaz ꝯſumit ꝛ alijs lucet. ꝛ canali qđ alijs aquã influit ꝛ in ſe putreſcit. ꝛ cineri ſeu lixiuio qđ alios mundat: ꝛ in ſe ſordidat. Pro iſto igit facit qđ ſcripſit in cle. Jo. an. Si dñm. i glo. magna. vbi q̃rit an orõnes maloꝝ ꝓſint his ꝓ quibus orant. Et dꝫ q ſic. niſi ſciẽter malũ eligerent. Ad hoc etiã facit qđ ſcribit Arch. iij. q. vij. in grauiorib⁹. Facit etiam ad hoc expreſſe glo. xlix. di. c. j. vbi dꝫ q ſi ex certa ſcientia malus eligitur a pplo: ꝛ ſit cõformis eoꝝ moribus. nocet ſubditis. alꝛ ſpũſſctũs eque ꝑ malũ ſicut ꝑ bonũ operatur remiſſionẽ pctõꝝ. vt. j. q. j. Si fuerit. argu. ad hoc. vj. q. j. ex merito. viij. q. j. audacter. Vñ illud dictum Greg. in paſtorali q̃ dicit. Cum is q̃ diſplicet ad intercedenduz mittit irati animus ad deteriora ꝓuocat. xlix. di. ca. j. ſic intellige ſm Archi. ad deteriora ꝓuocat. ſ. cõtra euz q̃ mittit: nõ cõtra eũ q̃ mittit: niſi ſcieter mittat indignus. Et ſic hoc videtur intelligere Hugo. Laurenti⁹ ꝛ Johes. maxime qñ ſciẽter ordinatur indign⁹: aut ꝑ̃ſentatur ad ordines vel beneficiũ. His em̃ modis aliquis mittit ad intercedendũ ꝓ populo. Itẽ querit an hore canonice legẽde ſunt alta voce vt ab alijs audiãtur: vel potius ſubmiſſa vt a ſolo deo audiant. Rñdeo ſm Jo. an. in dicta glo. magna. q licet de⁹ agnoſcat cordis deuotionẽ: nõ tñ fruſtra vox adiũgitur. vnde dicũt theologi q orõ que fit ꝑ miniſtros eccleſie. i. pſbiteros q̃lis eſt i horis canonicis. iõ fit vocalit ꝛ expſſe: qꝛ talis orat i pſona toti⁹ eccłie ac ppli. vñ vt pplo inoteſcat q ꝓ eo orat ſacerdos merito fit expſſe ꝛ vocalit orõ. tñ nõ eſt ſic de illa que priuate fit. ꝓ

alio. De neceſſitate adiungit tamē vox p̄me ad excitandū interiorē deuotionē. verbis enim ⁊ ſignis noſmetipſos interi⁹ excitam⁹ ad ſctm̄ deſideriū augendū. vt dicit beatus auguſt. ad pbaꝫ q̄ fuit vxor adariſi pcōſulis. vt dicit Iſido. li. v. viroꝝ illuſtriū. Scdo ad redditionē debiti: vt. ſ. ſeruiat deo orans ſm ſe totū in corde ⁊ corpore. de cōſe. di. v. nūquid. Tertio ex quadā redūdantia ab aīa in corpus ex vehemēti affectione. Vn̄ pſalmiſta pſal'o. xv. Letatū eſt cor meū: ⁊ exultauit lingua mea ⁊c. Et tūc querit an accoliti tenent dicere ſeptē pſalmos. Rn̄det ſm Paulū aluor ratiſpan̄. epm in tractatu ſuo de hereſi q ſic. Cuius rō precipue inter ceteras ē: quia ex quo dicuntur clerici a cleros qđ eſt ſors qr in ſortē ⁊ in partē dn̄i ſūt vocati. rōnabile videt vt dicant aliqđ ratione ſui officij. Hoc tn̄ depēdet ad cōſuetudinē an ſingulis diebus an tm̄ feſtiuis dicere debeāt. Eſt tn̄ conſonū rōni q qui nō ſtudēt in ſcolis aut ſtudijs: vt ſingulis diebus orent ſeptē pſalmos. iuxta illud ambroſij: qr ſemp pecco debeo ſemper habere medicinā. de cōſe. di. ij. in fine. Itē querit an ſacerdos tenet ad horas btē virginis marie? Rn̄deo ſm eundē vbi ſ̄ q ſic. licet non de iure tn̄ de optima cōſuetudine q̄ ſam p lege putāda ē. vt dicit Aug. ad cōſulariū pſbiterū. xij. di. in his rebus. vn̄ in hoc caſu nō valet illoꝝ excuſatio q̄ dicūt q hore btē virginis nō precipiūtur p aliquā conſtitutionē autēticam eccleſie vniuerſalis. nec p ſacrā ſcripturā. ergo ſunt in bn̄placito. Quib⁹ reſpondendū eſt q multa fiūt in eccleſia dei que nō ſunt de inſtitutiōe eccl'ie vel precepto ſcripture: ſed ex ſolo cōſuetudinis vſu ātiquo: que ptermitti nullo modo debet ſine periclo ſalutis. vt ſignatio crucis q̄ fideles ſignāt. v̄ba plixa oronis ſup panē ⁊ ſup calicē. bn̄dictio fontis. trina vnctio olei illoꝝ quos baptiſam⁹. q̄ oīa vt dicit Aug. xj. di. eccleſiaſticaꝝ. obſeruata ſunt reuerēter a patrib⁹ magis ſilentio q̄ꝫ publicata ſcripto. vt dicit Paulus d leazarijs. Stephanus pvincialis gētinus in cle. graui. de cele. miſ. q vbi eſt cōſuetudo q plati ⁊ maiores eccl'iaꝝ dicūt horas btē virginis obmittentes eas peccāt mortalit. niſi ſubſit cauſa rōnabilis. An aūt iſte hore debent dici in feſtis btē virginis. ex quo tunc totū officiū eſt de btā virgine. Dicēdum eſt q ibi recurrendū eſt ad cōſuetudinē cathedralis eccleſie. Nā in quibuſdā eccleſijs dicūtur nō obſtāte officio ſolēnitatis. ī quibuſdā nō. Et ſic ſtatur cōſuetudini eccl'ie cathedralis q̄ eſt mater omniū inferioꝝ: a qua nō licꝫ diſcedere. xij. di. nō dicet. Itē querit an oēs ſacerdotes tenētur ad vigilias mortuorū. Rn̄deo ſm vvilhelmū q curati tenētur ad vigilias mortuoꝝ ordinarias iuxta cōſuetudinem eccleſie cathedralis. vbi eſt ɔſuetudo q maiores plati dicāt vigilias ſingulis dieb⁹ quadrageſime. in aduētu. et ī vigilijs aploꝝ: debēt etiā ipſi curati dicere vbicunqꝫ ſint ſiue circa eccleſias pp̄as ſiue in ſtudijs. Verū tamen ad extraordinarias nō tenē-

tur ſm ipm curati in ſtudijs exiſtẽtes aut alij beneficiati. Extraordinarie vocãtur q̃ dicũtur ſpecialiter ꝓ aĩa cuiuſlibet defuncti. ad quas dicẽdas ſolũ illi aſtringũtur q̃ circa eccleſias ſunt ꝑſentes. ſimiliter qui in illis ſunt in anniuerſarijs defunctoꝝ. Unde vlteri⁹ querit an aliquis dicẽdo horas de ſanctis vl' de martyrib⁹ quãdo dicende eſſent de feria peccet mortaliter? Rñdeo licz ſꝫ vvilhelmũ nõ refert ꝑ quos pſalmos laudet deus. tñ determinatio eccl'ie maioris eſt ſequẽda. Nã ſm cõſuetudinẽ eccl'ie maioris iuſtũ eſt vtvnuſqſqꝫ inde ſumat regulas magiſterij vnde honoris ꝯſecrationeꝫ accepit. xij. di. de his. Et btũs Bernardus dicit. Spũſſanct⁹ illas horas gratas nõ recipit qui qm̃ aliud q̃ꝫ debes neglecto eo qd̃ debes obtuleris. Unde iſtud viciũ reprobat expreſſe de cõſe. di. v. in die. vbi dicit Greg. ſeptimus q illi qui in diebus quotidianis tres tñmodo lectõnes legũt nõ ex regula ſctõꝝ patrũ: ſed ex faſtidio ⁊ negligẽtia ꝓbãtur hoc facere. hec ibi. Itẽ querit de illis qui dicũt nouas hyſtorias nõ approbatas ꝑ epm? Rñdeo q peccãt mortalit ſm Berñ. ſup Cãti. ſmone. xxvj. vbi dicit q quicq̃d ſine voluntate ſupioris fit vane glorie deputabitur nõ mercedi. Epus tñ poteſt inducere conſuetudinẽ nouaꝫ in eccleſia ſua quo ad officia celebrãda. xij. di. nouit. ⁊ de cõſe. diſt. iij. c. j. Et expſſe i glo. xcj. di. Eleutheri⁹. ſuper ver. vigilijs. quod ſic intelligitur ſm archi. ibidem q epi in his que circa ſolennitatẽ eccleſie tantum conſiſtunt que cõſuetudine nõ precepto maioꝝ ſũt introducta mutare poſſunt: et ſtatuere vt dicit Jacobus de alberga. Statutum tñ ab epiſcopis vel ſanctis patribus nõ poſſunt immutare. hec ibidem.

Item queritur q̃d de illis qui obmittũt dicere ſuffragia ſctoꝝ? Reſpondeo q peccãt ſi hoc faciunt cõtra conſuetudinẽ eccleſie cathedralis. vt ſupra dictũ eſt ſm dñz Paulum aluor. quia contẽptores laudabilis cõſuetudinis ſicut et legis puniuntur. di. xj. In his. Et hoc ſi faciũt ex negligentia affectata: qꝛ nõ curant. vel vt citius percurrant horas ⁊ vacent potibus vel ocio ⁊c. Sed quid de illo q̃ prius orauit cõpletoriũ q̃ꝫ veſperas ⁊c. vtrũ teneat redicere vero modo. Rñdeo ſcd̃m dñm Paulũ vbi ſupra: q nõ tenet: ſed caute implebit veſperas quas incaute obmiſit. et penitebit de negligentia. Itẽ queritur an dicere pr̃ noſter ante horas ⁊ poſt ſit preceptum. Rñdeo q hoc poſt horas expreſſe precipit in cõcilio gerundeñ. de cõſe. di. v. c. id ſemper vbi ſic dr̃. Illud ſemper placuit obſeruari. vt omnibus diebus poſt matutinas ⁊ veſpas oratio dñica a ſacerdote ꝓferatur. Ante vero horas dicere pater noſter. licet nõ appareat eſſe preceptũ ſcriptũ. apparet tamen licitũ dignũ et iuſtũ. Nam prius inuocãdus eſt omniũ rerũ pater quo ꝑtermiſſo nullũ rite bonuꝫ fundatur exordium. vt dicit Boetius in de conſo. phie. lib. iij. Rationabile autem eſt vt prius oratio illa ꝓcedat quaꝫ auctor ſalutis dictauit et inſtituit. q̃ꝫ

ille quas ſancti patres poſtea dicta
uerunt. Itē expedit prius petere ea
que ſūt magis neceſſaria ⁊ vtilia ad
ſalutem ꝙ̄ que ſunt minus neceſſa-
ria. Magis aūt neceſſaria ſunt que
ponunt̄ in dominica oratione ⁊ vti-
lia ꝙ̄ que ponuntur in aliis. cuꝫ ibi
ſumma totius ſalutis ⁊ perfectiōis
conſiſtat. Petim⁹ eñ ibi ſanctifica
ri nomen dei in nobis ⁊ aduenire re
gnum celoꝝ. qḋ primo eſſe queren
dū ſaluator docuit vt habet̄ Math.
vj. Item concilium eſt vt illa oratio
premittat̄ que diſponit homineꝫ et
aptum reddit humiliando ad effec-
tum orationis conſequenduꝫ. hmōi
autē eſt oratio dominica. in qua pe-
timus dimitti nobis debita noſtra ⁊
a malo liberari. quib⁹ nondū expe-
ditis orationis effectus fruſtraret̄
niſi eñ nobis prius debita dimitte-
rent̄ ⁊ a malo culpe liberaremur nul
laten⁹ aliquid impetraremus cū di
citur Joh. ix. Deus peccatores non
exaudit ⁊ ps. Peccatori dicit deus
quare tu enarras iuſticias meas. et
aſſumis teſtamētū meū per os tuū.
Adiūgitur etiam Aue maria in pri-
cipio horarum: qꝛ dignū eſt vt illaꝫ
ſalutemus in pricipio noſtri operis
per quā ſalus noſtra exordiū ſump-
ſit. Dicit eñ Bern. qꝛ de⁹ nihil nos
vult habere ſalutis qḋ ꝑ man⁹ ma-
rie nō tranſiret. Aliqui vero incipiūt
horas per illū verſiculū. Sctī ſpūs
aſſit nobis gratia. Sed non eſt vis
Ego incipio per aue maria iſta ra-
tione quia nec gratiam ſpiritusſan-
cti me poſſe obtinere puto ſine ma
rie ſuffragio. ideoqꝫ ad eam primo
recurro: quia impetrare niſi per eaꝫ
melius non dubito.

Cautele in dicendis horis cano-
nicis ſeruande.

SEquūt̄ cautele circa
horas canonicas ob-
ſeruāde. Et primo ſe-
ptem impedimenta q̄
bus fruſtratur effect⁹
orationū. De quib⁹ habet̄ i cle. gra-
ui. de cele. miſ. Caueat ergo q̄libet
ne legat tranſcurrendo ſiue ſincopā
do ſicut aliqui faciūt dicentes. Di-
xit domin⁹ a dextris meis aut extra
nea: aut prophana colloquia inter-
miſcendo: qꝛ dicit. Franciſcus ver-
teley. Friuola qui profert duꝫ ſacra
preſbiter offert. Lectio ſacra dī nō
deputatur ei. Tarde ad choꝝ venie
do ante finem officij ſine cauſa exeū
do. aues in horis portando ſeu ve-
naticos canes. ſine tonſura vel veſte
competenti horis intereſſendo. Et
hoc eſt contra cāpanatores: criſpa-
tos: comatos: manicatos miniſtrā-
tes celebrantibus preſbiteris q̄ gra
uiter peccāt: vt ptꝫ vbi ſupra. Scḋo
caueat horas canonicas cantās ne
laſciuos ⁊ diſſolutos cantus ibi per
ſonet. ſicut quidam theatrales. i. ſe-
cularium choreaꝝ cantilenas con-
fictis modulationib⁹ ſpūalium cō-
ſonātiarū diſcantiſſant. Cōtra quos
eſt apl's ad Eph. v. dicens. Cantan
tes ⁊ pſallentes in cordibus veſtris
dño vbi dicit Hiero. ⁊ ponitur. xcij.
diſt. c. Cantantes vbi dicit. Audiāt
hec adoleſcentuli. audiant hi quib⁹
in eccl'ia eſt pſallendi officiū deo nō
voce ſed corde cantandū: nec in tra-
gediarum modum guttur ⁊ fauces
medicamine liniēde ſunt: vt i eccle-

ſia theatrales moduli audiantur. et cantica. ⁊ Greg. dat huius rationē dicens. xcij. diſtinctione. cap. in ſancta vbi dicitur plerumq͡ȝ fit vt in ſacro miniſterio dum blanda vox queritur congrua vita negligatur. Et cantor miniſter deum moribus ſtimulet: cum pplm vocibus delectat. Hoc etiam prohibetur de cele. miſ. in cle. j. vbi a cantilenis prohibet abſtinere pro quo facit. xxviij. diſt. preſbiterum. ⁊ de conſe. diſt. v. non oportet. Et. xxvij. diſt. ca. ij. hodie prouiſum eſt hoc optime per Joh. xxij. in extrauaganti que incipit. dicta ſanctorum patrū decreuit auctoritas: in qua reprobat cantū cantilenaruȝ in triplis et mutetis vulgaribus infra ſolēnia miſſaruȝ ⁊ horarū canonicarum. Et precipit tales ſuſpendi ab officio per octo dies. Permittit tamen dieb⁹ celebribus ⁊ feſtiuis in miſſa et in diuinis officijs aliquas fieri conſolationes. videlicet conſonantias: q̄ melodiam faciunt infra octauam quarte ⁊ quinte ⁊ hmōi ſuper eccleſiaſticum officium et cantū ſimplicem. ita tamen ꝙ ipi⁹ integritas illibata permaneat. hec ibi. Tertio caueat ne incongrue verba taȝ in horis ꝗ̄ȝ in alijs diuinis ſiue cantādo ſiue dicēdo ſubmiſſe ꝓferat hoc eñ multū ſcandalizat audientes. et licet hoc omnib⁹ clericis generalr̄ ſit cauendū: tamen ab ipſis canonicis ⁊ prelatis eccleſiarum cathedraliū maxime eſt vitanduȝ. Tales arguit Caſſio. ſuper illō ps. xlvj. pſallite ſapienter: dicens. Nemo ſapienter facit qđ nō intelligit. Signū aūt non intelligentie eſt incōgruitas. vñ credit ſtephan⁹ ſcribens ſuper cle. ne in agro. de ſtatu monachoruȝ. ꝙ ignorantia grammatice q̄ maxime in incongruitate cōſiſtit repellit quē a canonicatu eccleſie cathedralis. Ar. xxiiij. diſt. qñ. ⁊ de eta. ⁊ quali. c. fi. de conſan. ⁊ affi. ca. j. et de reſcri. ca. ſtatutū. li. vj. ⁊ ca. j. ⁊ ca. fi. ſi corpore. li. vj. vbi probat̄ hoc per arg. Quarto caueat cleric⁹ orans ne in horis reſumet vnū ⁊ idem verbū pluries: qꝛ dicit̄ Eccli. vij. ne iteres verbū in oratiōe tua. Contra qđ faciūt quidaȝ dicentes pater noſter pater noſter q̄ es ſexies aut ſepties. Et nō dico ſepties tantū: ſed etiam ſeptuageſies ſepties. q̄ iterantia procedit ex inaduertentia. ex indeuotione ac mentis diſtractione: qꝛ dū alia cogitant in vno verbo linguam tandiu figūt donec cogitationes pertranſibūt: ⁊ hi poti⁹ irritant deū ꝗ̄ȝ orent. Naȝ dicit Seneca. Perturbat mētem auditoris qđ ſepe dicit̄ vna ſcȝ et eadem voce: immo quodāmodo in hoc de⁹ blaſphemat̄ dū ꝑ hoc videt̄ ſemel dictū nō audire vel intelligere: niſi ſepi⁹ ei reſumat̄. cū tñ dicatur. Scit eñ pater veſter celeſtis q̄bus indigetis. Math. vj. Videat q̄libet taȝ cleric⁹ ꝗ̄ȝ laycus vt in orōe ſtet vel ſedeat quiet⁹. aut flectat deuotus manus leuando. pect⁹ tūdēdo. ſuſpirando. ⁊ ſurſum inſpiciēdo Iſti eñ ſunt modi orādi in ſcripturȝ ſctis approbati. Naȝ dr̄ in ps. Stātes erant pedes noſtri. et Math. xj. Cū ſtabitis ad orandū dimittite ⁊c. Sic martha ſtetit ⁊ ait ad xp̄ȝ. Dñe non eſt ibi cure. ⁊c. Lu. x. Sic leproſus genuflexit: ⁊ ipetrauit curatiōeȝ

Mar.j.ydropicus ſtans ante xp̄m obtinuit ſanitatem. Lu.xiiij. De ſedendo. Mat.xxvj. ꝺꝛ vbi xp̄s dixit aplis. Sedete hic. ꝛ ſeqtur. ꝛ orate ne intretis intentationē. Idē Mar. xiiij. ꝺ quiete ꝺꝛ Mat.vj. Cū oraueris intra in cubiculū tuum. ꝛ clauſo oſtio ora. Cubiculū aūt eſt locus q̄etis ꝛ locus pacis. De flexura ꝺꝛ de leproſo. ꝓcidēs adorauit. Lu.v.qꝺ vtiqꝫ flectere eſt neceſſariū ſicꝫ Paulus ꝺ ſe dicit. Flecto genua mea ad deum ꝓ vobis Eph.iij. Et idē de ſctō ſtephano q̄ poſitis genibus orabat Actu.vij. De eleuatiōe manuū habetꝰ Exo.xvij. vbi moyſes eleuatis manibus orauit. Et dd. Eleuatio manuū mearum ſacrificiū veſpertinum.pſ̄.cxl. De tunſione pectoris habetꝰ Luc.xviij. vbi publicanus ꝑcutiens pectus orabat. De ſuſpiratione Joh.xj.vbi xp̄s infremuit ſpiritu ꝛ turbauit ſeip̄m volēs lazaruꝫ ſuſcitare. De ſurſum inſpiciendo ꝺꝛ Joh.xj.vbi xp̄s ſuſpiciēs i celū dixit pr̄ gr̄as tibi ago q̄m exaudiſti me.

## De excōmunicatione.

Si q̄s eccleſiam nō audierit ſit tibi ſicꝫ ethnicus ꝛ publicanꝰ mat. xviij.ꝛ.xxxiiij.q.j.oibꝰ. Qm̄ vt ait doctor ſubtiliſ i.iiij.ſen.di.xix.q.j.ar.v. In eccl̄ia eſt duplex forū. vnū ſecretiſſimū i q̄ idē eſt accuſator ꝛ reus ꝛ ad iſtud ꝑtinent claues eccl̄ie. Aliud eſt forū publicū in q̄ hꝫ eccl̄ia auctoritatē corrigēdi publica debita. Et talis auctoritas cognoſcēdi in cauſa ꝛ ſentētiandi publice q̄dāmō pōt etiam dici clauis. Prima ꝺꝛ clauis ordinis. Scd̄a clauis iuriſdictiōis ad quam q̄dē claueꝫ iuriſdictionis ꝑtinere videtꝰ dictum nr̄i ſaluatoris ſupra premiſſum ſi q̄s eccleſiam nō audierit ſit tibi ſicut ethnicus.i. excōmūicatus ꝛ gētilis. ꝛ publicanus .ſ.vt publicꝰ pctōr vitetꝰ. Per eccleſiam aūt intelligitꝰ ꝓlatus eccleſie vt exponit Beda ꝛ Hylarius.cuiuſ.ſ. ꝓlati lata eſt ſnīa.ſicut ſtatim ibideꝫ dicit ſaluator. Amen dico vobis qꝺcunqꝫ ligaueritis ſuꝑ terrā erit ligatū ꝛ i celis ſm̄ Hylariū talis ſnīa iudicio diuino approbatꝰ. Cōformitꝰ aūt iſtā iuriſdictionē tā xp̄s q̄ꝫ apoſtoli exercuerūt. Nam dn̄s mulierē dep̄hensam in adulterio ꝑ ſentētiaꝫ obſoluit dicēs. Nemo te cōdēnauit mulier. q̄ ait. nemo dn̄e. ꝛ ip̄e ſubiūxit nec ego te cōdēnabo. Johā.viij. Sicut aūt tūc abſoluit eā: ita potuiſſet cōdēnare eā. De petro q̄ꝫ legitꝰ q̄ publice ananiā ꝛ ſaphirā ad mortē ſententiauit: vt ꝺꝛ Actꝰ.v. De paulo etiā legitꝰ q̄ Corinthiū fornicantē publice excommunicauit vt dicitꝰ.j. Chor.v. Item.j.ad Thim̄.j. Hymeneum ꝛ Alexandrum tradidit ſathane propter blaſphemiam. Ideꝫ etiam prohibet communicare notorijs peccatoribus.j.Chor.v.ꝛ.ij. Thes.iij.ꝛ.ij.Thimote.iiij. facit vitare Alexandrum erarium. Item ad Tytum.iij.hereticum poſt alteram monicionem facit vitare. Ideꝫ quoqꝫ ad Gal.j.ſcribens ait. Si angelus vobis de celo aliud euangeliſaverit ꝑterqꝫ quod euāgelizauimꝰ vob anathema ſit. ſic ğ anathēa tenet ꝯtra āgelū ꝛ ꝯtra hoīeꝫ. Deniqꝫ

Jo. Chorinthũ hereticũ publice excõmunicauit: ⁊ vitare precepit. que omia arguũt hereticoꝝ modernorũ versutias q̃ eccl'e detrahentes dicũt eaȝ non habere auctoritatẽ excõicãdi: suspendendi: ⁊ interdicẽdi: ⁊ ꝑ cõsequens dogmatizãt nõ esse curandas eccl'iasticas censuras: cũ tamẽ dicat Crisost. xj. q. iij. ca. nemo cõtẽnat vincl'a eccl'ie. nõ em̃ homo est q̃ ligat sed xp̃s q̃ hanc potestatẽ dedit et dñs fecit hoĩes esse tanti honoris Circa igit̃ ꝓsecutionem hui⁹ materie breuiter de trib⁹ principalib⁹ est cõsiderandũ primo q̃dem de excõicatiõe. secũdo de suspensiõe. tertio ⁊ vltimo de interdicto. Est aũt excõicatio a q̃libet licita cõione et legitimo actu separatio. xj. q. iij. euidẽter Alibi em̃ vocat̃ eterne mortis dãnatio. xj. q. iij. nemo episcopoꝝ. Alibi em̃ dr̃ aĩe ⁊ corporis detrimentũ. ij. q. j. de manifesta. Item deijcit de ecclesia ⁊ tradit diabolo. xj. q. iij. audi Et breuiter excõicatio q̃ dicit̃ alio noĩe anathema nõ ẽ nisi a deo sepatio. xxiiij. q. iij. Certũ ẽ. et hoc ẽ magna pena. Naȝ qñ q̃s excõmunicat̃ statim mẽbrũ dei esse desinit ⁊ icipit esse membrũ diaboli. xj. q. iij. excellentissimus. Morq̈ vt ab eccl'ia repellitur rapido ore demonũ deuoratur. xj. q. iij. absit. Sunt autem due spẽs excõicatiõis. vna que separat a sacramentis ecclesie ⁊ a participatione fideliũ ⁊ ab ingressu eccl'ie. Et hec dr̃ maior seu anathema. Alia ẽ que separat solũ a sacramẽtis: vt est quodlibet pctm̃ mortale. Et hec dicitur minor. de vtraq̈ dicitur. iij. q. iiij. engeltrudã. A prima non absoluunt simplices sacerdotes: sed a secunda in casibus tantũ ip̃is permissis a iure. vnde sciendũ q̄ quattuor sunt genera excõicatoruȝ: vt colligitur. xj. q. iij. ad mensam. Primo qñ q̃s peccat ⁊ deus recedit ab eo. sc̃do qñ quis de consilio sacerdotis abstinet ab eucharistia. Tertio qñ quis est excõicatus minori excõicatione vt quia cõicauit excõicato in locutione vel cõmisit sacrilegium vel est symoniacus. Quarto qñ quis est excõicatus excõmunicatione maiori et tũc proprie dicitur excõicatus et etiam vitandus ſm Johem de deo qui ita notauit in predicto canone. ad mensam. ⁊ archi. ibidem post eũ. Circa istam materiam est videndũ de quattuor. Primo q̃ sint casus in quibus q̃s ipso facto incidit i sñiaȝ excõicationis a iure. Sc̃do quis sit effectus excõicationis. Tertio in q̃bus casibus participãs excõicatis incidit in eandẽ sñiam excõicatõis. Et in quibus permittit̃ quis participare licite excõicato. Quarto de forma ferendi sñiam excõicationis. Et impendende absolutionis. De primo sciendũ q̄ quĩquaginta sunt casus in quib⁹ ipso facto quis sentẽtiam excõicatiõis incidit q̃s bñ enumerat. Jo. an. in. c. eos q̃. de sen. ex. li. vj. in glo. iij. Et eodẽ ti. in cle. in. j. glo. Et sciendũ q̄ prim⁹ est qñ q̃s incidit heresim dãnatã. vt. iiij. q. iij. c. ij. ⁊. iij. aut q̃ nouã heresim fingit. de here. ad abolendã est sic excõicatus. ⁊ silr̃ credẽs hereticis vel eos receptãs: aut eis fauens. de hereti. sicut ait. Secũdus cum q̃s asserit romani ecclesiam non esse capnt om-

niuz:nec ei tanq̄ capiti obediendū.
di.xix.nulli ꝑhas. vnde hodie diffi-
nitum habet ⁊ declaratū per Boni
faciuz octauū ꝙ ſubeſſe romano pō
tifici om̄i humane creature eſt de ne
ceſſitate ſalutis. vt patet i ſua extra-
uaganti que incipit vnam ſanctam.
Tertius caſus qn̄ rectores ciuitatis
faciūt exactiones indebitas in cle-
ricos ⁊ admoniti non deſiſtunt: vt
de emunitate eccliarū. non minus.
Quartus caſus eſt. cū quis non ele
ctus a duabꝰ partibꝰ cardinaliū ge
rit ſe pro papa de elec.licet. Quintꝰ
cū quis magiſter ſcolariū tractat cū
aliquo ciue bononie de conductiōe
hoſpicij irreq̄ſitis inq̄linis niſi tp̄s
fuerit elapſum vt de locato ⁊ cōduc-
to ex reſcripto. Sextꝰ cū monachi:
canonici regulares: archidiaconi
prepoſiti:plebani:cātores:⁊ alij cle-
rici perſonatꝰ habētes aut etiam q̄-
cunq̄ preſbiteri audiūt leges ⁊ phi-
ſicam.ne clerici vel monachi ⁊c. cū
magn o.⁊.c.ſuper ſpecula. Secus ſi
habēt tm̄ eccliam parrochialem et
non ſunt preſbiteri nec clerici vel mo
nachi ⁊c ſtatutū.lib.vj. Septimus
cuz quis participat cū excōicato in
crimine.propter qđ excōmunicatur
dando ei conſiliū auxiliū vel fauorē
de ſen.ex.ſi cōcubine. Octauus ſta-
tuentes ſtatuta ꝯtra libertatez eccle
ſie.tam conſules q̄ȝ eorū ſcriptores
de ſen.ex.nouerint.⁊.ca.grauē. No
nus qui vtunt ordinationibꝰ a ſciſ-
maticis factis de ſciſmaticis. ca.j.
Decimus quicūq̄ loquit ſecrete vel
mittit ſcripturas vel nūcium alicui
cardinali qn̄ ſunt recluſi occaſione
electionis pape:vt de electione. vbi

periculum.lib.vj. Et idem de dn̄is
rectoribꝰ et officialibus ciuitatis q̄
iminente ip̄a electione non ſeruaue-
rint ip̄am conſtitutionē. Undecimꝰ
de his qui grauāt aliquos qui cum
pro vno rogabant eligere noluerūt.
de elec.ſciant cuncti lib.vj. Duode-
cimus de rectoribus ad regimē vr-
bis romane electis ⁊ de fautoribus
qui fecerūt contra cōſtitutionem ſu
per hoc factā vt de elec.fundata lib.
vj. Tredecimus de his q̄ vocant ad
dirigendas moniales in electiōibꝰ
niſi abſtineāt ab his per q̄ poſſit in
eis diſcordia oriri vel nutriri: vt de
electione indēnitatibꝰ. Decimuſq̄r-
tus de his qui procurant conſerua-
tores dari:⁊ intromittūt ſe de his q̄
non licent de offi.dele.ſtatuimus li.
vj. Decimuſquintꝰ de his q̄ abſolu-
tionez de aliqua excōicatione vel re
uocatione eius: aut etiam ſuſpēſio-
nis vel interdicti extorquēt per vim
aut per metum. Nam hec abſolutio
nō valet ⁊ incurrit noua excōicatio
vt de his q̄ vi metus ve cauſa fiunt.
ca.vnico.li.vj. Decimuſſextus qui
fingit fraudulenter aliquez caſum ꝑ
quem aliq̄s iudex vadat ad aliquaz
mulierem pro teſtimonio:vt de iudi
cijs mulieres. Decimuſſeptimꝰ de
his q̄ ꝓlatos vel capitula vel alias
ꝑſonas eccliaſticas cōpellūt ad ſub
mittendū laicis vel alienādū bona
imobilia eccliaꝝ. Et ſilr laici q̄ vſur
pant ſibi hm̄oi illicite:niſi admoni-
ti deſtiterint.de reꝝ alienatione hac
cōſultiſſima li.vj. Decimuſoctauꝰ:
q̄cūq̄ in ꝑſonis eccliaſticis vel eccle
ſijs per ſe vel per alium ſuo nomine
vel alieno pro ꝑſonis vel rebus q̄s

nō cauſa negociationis deferūt vel deferri faciūt ſeu tranſmittūt exigūt aliquod pedaguz. de cenſibus q̄cūq̄ li. vj. Decimuſnonus de his qui impediūt iudiciū delegati vel cuiuſcūq̄ iudicis eccleſiaſtici de imunitate eccleſiaruz. q̄m. Uigeſimus de his qui iubēt ſubditis ſuis ne perſonis eccleſiaſticis vendant aliquod bladum vel ſimilia de imu. ec. ca. fi. lib. vj. Uigeſimuſprim⁹ de religioſis qui habitū ſue religionis dimittunt vel qui accedūt ad ſtudium ſine licētia ſui p̄lati vel conuent⁹ vel qui coraz talibus legit ſcienter qui dimiſerunt habituz ne clerici vel monachi ꝛc. Nec periculo ſo. li. vj. et ſicut recitat Jo. an. in nouella ſuper reg̃la li. vj. referens Guill'. de lata petri diſputaſſe de monacho q̄ bene defert habitum monachalem ſed opertuz habitu clericali q̄ ſit apoſtata. Qđ hodie videt̃ approbatum de vita et ho. cle. q̄m in p̄ncipio i cle. in ℣. a religioſis. que oīa vera ſunt ſꝫm Joh. an. q̄n monachus iuſtā cauſam trāſformationis nō allegat. Uigeſimuſ ſecund⁹ qui hereticos ſeu fautores. credentes. receptatores vel defenſores eorum ſcienter tradiderint eccleſiaſtice ſepulture. de here. q̄cunq̄ li. vj. Nec tales debent abſolui niſi p̄ius talez ſepultum proprijs manib⁹ extumulent. Idez de illis laicis qui publice vel priuatim de fide catholica diſputant: vt dicit̃ ibidem. Dicit tamen. Joh. an. q̄ in iſtis caſib⁹ eſt canō ferende et non late ſententie et hoc eſt tenendum. Uigeſimuſterti⁹ quicunq̄ rector ſecularis vel quicūq̄ officialis eius cognoſceret de crimine hereſis. Aut captiuos liberaret vel dyoceſanoꝝ inquiſitoꝝ officium. impediret de here. inquiſi. libro vj. Uigeſimuſquartus q̄ per aſſiſimos vel aſſaſſimos aliquez xp̄ianū interfecerit. Dicuntur autē aſſiſimi vel aſſaſſimi q̄dam infideles qui ex q̄buſdam falſis opinionibus q̄bus fuerunt enutriti facile mittebant ad occidendum quēcūq̄ xp̄ianum nō curantes niſi ob hoc ipſi occidendi eſſent. De homicidio ꝓ humani li. vj. Uigeſimuſquint⁹ de clericis qui manifeſtis vſurarijs ad fen⁹ exercēdum domos locant. vel alijs titulis cōcedūt: de vſuris. vſuraꝝ. li. vj. Uigeſimuſſextus de his q̄ concedūt repreſſalias contra perſonas eccl'iaſticas ſpecialiter ſiue generaliter vt de iniurijs ꝛ dāno dato: ꝛ ſi pignorationes. li. vj. Dicunt̃ aūt repſſalie q̄n vnus oriundus de vna terra ſpoliat̃ ab alio de alia terra oriūdo. ita videlicet ſi debitū nō ſoluit̃ ei tūc dat̃ poteſtas ipſi ſpoliato q̄ ſatiſfaciat ſibi cōtra quēlz de terra illa vn̄ eſt ille debitor: vel ſpoliator. Uigeſimuſſeptimus ſi dn̄s vel rector tēporalis non fecerit ea obſeruare q̄ ſtatuūtur contra inſecutores cardinaliū ſeu alicuius de familia eoꝝ vl' pape. de penis felicis. li. vj. Uigeſimuſoctauus q̄cūq̄ dat licentiā occidendi ſeu accipiendi vel alias in pſonis vel bonis ſuis vel ſuoꝝ grauandi eos q̄ cōtra reges barones nobiles vel quoſcūq̄ tulit excōicatiōis ſuſpēſionis vel iterdicti ſniās. ſiue iſtos quoꝝ occaſione ſunt ꝓlate vel eos q̄ eos obſeruant: aut eos q̄ talit̃ excōicatis cōicare volūt niſi licētiā ipaz reintegra

liter reuocēt. ⁊ ſi qua ſunt ablata reſtituant ſiue ꝓ illis ſatiſfaciāt. Et ſimiliter q̄ dicta licentia vſi fuerint. vel etiaꝫ ſine licentia ſuo motu hoc fecerint excōicatiōem incurrūt. In qua ſi ꝑmanſerint ꝑ duos mēſes nō niſi ꝑ papā abſoluūtur. de ſen. excō. q̄cūqꝫ lib. vj. Uigeſimuſnonus q̄n quis ab excōicatione fuit abſolutuſ in mortis articulo vel alio impedimento ſi ceſſante articulo vel alio īpedimento nō p̄ntet ſe q̄ꝫtocius poterit illi a quo abſolui debuerat reincidit ip̄o facto in eandem ſn̄iam. de ſen. excō. eos li. vj. Trigeſimus q̄n al[illegible]q̄ abſoluuntur a ſede apoſtolica: q̄ ſe p̄ſentent ordinarijs vel a legatis ⁊ iniungitur eis alijs ſuſcepturiſ penitentiam ⁊ paſſis iniuriam ſeu eis q̄bus obligati ſunt ſatiſfaciant: ſi hoc nō faciāt cū p̄mo poterint reincidunt in eandē ſentētiam. vt in dicto ca. eos q̄ li. vj. Trigeſimuſprim⁹ de his qui in cimiterio ſepeliunt corpora tp̄e īterdicti: vel vſurarios manifeſtos ſcienter ſepeliūt a qua excōmunicatione nō debent abſolui: niſi prius ad arbitrium dyoceſani ſatiſfecerint q̄bus p̄miſſa fuit iniuria irrogata. de ſepulturis. eos. i cle. Trigeſimuſſc̄d9 de religioſis q̄ decias eccl'ie debitas ſibi appropriant vel vſurpant: ſiue q̄ non ꝑmittunt ſolui eccleſijs d̄cimas q̄bus tenenꝛ iuxta tenorem clemētine. de dicimis religioſi. Trigeſimuſtertius de monachis ſiue canonicis regularibus q̄ non habēt adminiſtratiōes. ⁊ conferūt ſe ad curias p̄ncipū ſine licētia p̄latoꝝ vt damnū aliq̄d inferāt p̄latis ſuis aut monaſterio. vt de ſtatu mo. ne in agro. in cle. Trigeſimuſquartus de monachis q̄ intra ſepta monaſterij arma tenent ⁊c̄. vt in dicto. c. ne in agro. Trigeſimuſq̄ntus de his q̄ impediunt viſitatores monialium vel canonicoꝝ: niſi moniti deſtiterint. vt de ſtatu monachoꝝ accedētes in cle. Trigeſimuſſextus de q̄buſdam mulieribus q̄ dicunꝛ beguine. ſil'r ⁊ religioſi q̄ eas in tali ſtatu fouent. de religioſis domibuſ cum de q̄buſdā. in cle. Trigeſimuſſeptimus de illis q̄ ſcienter ꝯtrahūt m̄rimoniū i gradu cōſanguinitatis vl' affinitatis ꝓhibitis. vl' cū monialibus. vel cōtrahētes q̄ ſunt religioſi vel moniales. ſiue etiā clerici in ſacris. vt d̄ cōſan. ⁊ af. eos. in cle. Trigeſimuſoctauus de inq̄ſitoribus hereticoꝝ: q̄ p̄textu inq̄ſitionis officij q̄buſuis modis illicitis pecūiam extorq̄nt. vel etiā bona eccl'iarū ob delictum clericorū applicant fiſco. de hereticis. volentes. in cle. Trigeſimuſnonus: ꝑtās. capitanei. rectoreſ cōſules ⁊ iudices: cōſiliarij ⁊ alij officiales q̄ ſtatuta ſcribūt. faciūt ⁊ dictant per que q̄s compellitꝛ ſoluere vſuras vel ſolutas non repetere et q̄ ſm ea iudicant. ⁊ q̄ habēt ſuper hoc poteſtatem niſi ſtatuta ipſa deleuerint ſūt excōicati vt de vſuris ex graui in clemē. Quadrageſimus de religioſis mendicantibus q̄ domos ad habitandum de nouo recipiunt. vel receptas mutant ſeu alienant. de exceſ. p̄rela. c. vno li. vj. ⁊ de penis. ca. cupientes in cle. Quadrageſimuſprimus. de religioſis qui. ſ. dicunt aliqua v̄ba q̄bus retrahunt audiētes a ſolutiōe decimarum. vt in di=

cto.c.cupiẽtes. Quadrageſimuſſe-
cundus q̃ cõfitẽtibus ſibi nõ faciũt
cõſciam de dcimis ſoluẽdis q̃ ſuſpẽ
ſi ſunt a pdicatiõis officio donec ſi
cõmode pñt faciant eis ꝯſciam. Et
ſi interim pdicent excõicati ſunt: vt
habet ibidẽ. Quadrageſimuſtertiꝰ
de religioſis qbuſcũq; q̃ nõ ſeruant
interdictum qđ ſeruat mat eccl'ia đ
ſen.ex.c.j. in cle. Quadrageſimuſ-
quartus de fratribus minoribus q̃
tpe interdicti recipiũt ad officia di-
uina fratres vel ſorores de tertio or-
dine q̃ ꝑtinẽtes dicunt de ſen.ex. cũ
ex eo. Quadrageſimuſquintus op-
ponẽs ſeu impugnãs lr̃as pape no
uiter electi etiã ante coronationẽ ſu
am excõicatus eſt ꝑ extrauagãtẽ.xj.
Bñdicti: q̃ incipit q2 nonnulli. Qua
drageſimuſſextus vberans clericũ
diabolo inſtigante: puta ex ira aut
aĩo vindicãdi vel vlciſcendi ſe in eo
ipſo facto eſt excõicatus.xvij.q.iiij.
ſi qs ſuadẽte diabolo. ⁊ de ſen.ex.cũ
illoꝝ. Et notanter dr̃ in ſtigante dia
bolo ⁊ ex ira ſecus ſi iocoſe aliqs cle
ricuꝫ in ludo honeſto offenderet nõ
aĩo iracundo nec ex malo ꝓpoſito
nõ incidit excõicationẽ. đ ſen.ex.cũ
volũtate. Dicit etiã aĩo vlciſcẽdi ſe
in eo: q2 ſecus ſi de mãdato ſupioꝝ
qs capiat clericũ icorrigibilẽ vt ad
iudiciũ eũ ptrahat. talis em̃ nullam
ſniam incurrit: vt de ſen.ex. vt fame
Nã tales pñt etiã ab eccl'ia extrahi
etiam violẽter. vt dicit glo. ibidem.
Sup hec dicta poſſũt excuſari ma-
giſtri plati cõſãguinei ⁊ alij i iure ex
preſſi quibus pmittit correctõ cleri-
coꝝ q̃ ſi etiã aĩo iracũdo clericum v
berãt: ⁊ de correctiõe actu non cogi
tant excuſant ſm hoſt. Non em̃ poſ
ſunt dici ex ira corrigere clericos cũ
dolus non aſſit ⁊ ꝑ cõſeqñs nec vio
lent ia ſufficit em̃ ꝙ correctionẽ ha-
beant in habitu. Quadrageſimuſ-
ſeptimus de iſtis laicis q̃ collectas
tallias ⁊ onera imponũt eccleſiaſti-
cis pſonis: ab ipſis ſuoꝝ ꝯuentuuꝫ
vel bonoꝝ dimidiã decimam ſeu vi
geſimam extorquẽtes. de immu.ec.
clerici.li.vj. Quadrageſimuſocta-
uus de platis ⁊ de illis pſonis q̃ hu
iuſmodi laicis elemoſynas vel col-
lectas q̃ſcũq; pſoluunt. vt habet ibi
dem. Hodie vero ſolum locum ha-
bet in exigentibus laicis q̃ ſoli inci-
dunt in excõicationẽ nõ tñ habet lo
cum in ſoluentibus vel recipientibꝰ
a ſponte ſoluẽtibus: vt de immu.ec
cle.qm̃. in cle. Quadrageſimuſno-
nus ꝑcutiens aliquẽ qui nouiter eſt
religionem ingreſſus. lꝫ nõdum ſit
profeſſus incidit in excõicationẽ de
ſen.excõ. religioſa.li.vj. Quinqgeſi
mus de illo q̃ lꝫ nõ mandauit ꝑcute
re clericum aliqs tñ noĩe ſuo: puta
familiaris eius vel cõſanguineus ꝑ
cuſſit clericũ: ⁊ ille ratuꝫ habuit po
ſtea excõicatianẽ incurrit ipſo facto
de ſen.ex.cum qs li.vj. Alios caſus
q̃re ſupra in.c. de ſacramento peni-
tentie. Et q2 dictũ eſt in.xlvj.caſu ꝙ
non oĩs ꝑcutiens clericũ incidit in
canonem late ſnĩe. Ideo videndum
eſt breuiter ꝙ q̃ttuordecim ſunt ca-
ſus in qbus ꝑcutiens clericum non
incidit in excõmunicationem. Pri-
mo quando quis ignorabat an cle-
ricus eſſet puta q2 comam nutrie-
bat de ſen.excõ. ſi vero. Secundo ſi
non defert habitũ vel tonſuram nec

aliqd de clericatu oñdit ſi tertio am
monitus nõ ſe corrigat. de ſen. ex. c.
cõtingit. ⁊ c. in audiẽtia. Tertio in
clerico q̃ cõtẽpto habitu fert arma.
⁊ tertio monitus nõ corrigit̃: vt in
p̃dicto. c. in audiẽtia. Et etiã ſi non
monitus ſit ⁊ ſe immiſceat tyranni-
di de ſen. ex. cum nõ ab hoĩe. Quar
to in clerico exercẽte negocia ſecula
ria: vt in. ca. ſacerdotibus ne clerici
vl' monachi. ⁊ p̃us requirit̃ monitio
vt in. c. in audiẽtia de vita ⁊ ho. cle.
c. fi. Quinto in clerico coniugato ſi
non fert habitum clericalem de cle-
ri. cõiuga. lib. vj. Sexto in clericis
buffonibus: macellariis goliardis:
q̃ ſi per annum exercuerint artez ſu
am: vel ſi minori tp̃e admoniti non
deſtiterint. de. vi. ⁊ hone. clerici. li.
vj. c. fi. Septimus in illis qui nõ ex
ira ſ; iocoſe ſe pcutiũt vt d̃ ſen. ex. c
. j. debet tñ attẽdi q̃litas ioci ⁊ rõ fal
lendi de p̃ſump. capi. j. Octauus in
magiſtro q̃ tñ hoc facit leuiter cau-
ſa diſcipline. de ſen. ex. cum volunta
te. c. fi. Nonus eſt in eo q̃ vim vi ex
incontinenti repellit tempate. de ſẽ.
ex. ſi vo. Decimus qñ quis cũ vxo
re inuenit clericũ turpiter agere: vel
cum m̃re vel ſorore vel filia: vt in di
cto. ca. ſi vero ⁊ c. nec ille. Vndeci-
mus ſi fiat de prelato aut mandato
ipſius cauſa correctiõis. vt in dicto
. c. cum voluntate. ⁊ c. ex tenore. Et
ſi non fiat cauſa correctõis tam ver
berans q̃ȝ p̃cipiẽs incurrũt excõica
tionem de ſenten. ex. vniuerſitatis.
Quod ſi cauſa ſubeſt põt clericum
cape ⁊ incarcerare etiam p laicum
de ſen. ex. ſi laicus. li. vj. Sed pcutio
non d; fieri p laicum alioquin am-
bo incurrunt excõicationem. vt in
dicto ca. vniuerſitatis. niſi clericus
eſſet adeo id eſt intantum incorrigi-
bilis q̃ aliter capi ⁊ corrigi non põt
de ſen. excõ. vt facit. Duodecimus
in turbãte diuina officia quem p̃ſby
ter vel alius ad quem ſpectat poteſt
eiicere de eccl'ia de ſen. ex. veniens.
Similiter cum q̃s rõne officij q̃d in
eccleſia obtinet pcutit clericuz. aut
etiam cum ſenior cauſa deuotionis
hoc facit: aut dñs ⁊ pater ſiue ppin
quus familiariter corrigit. Hec om
nia intellige cum ſint in minoribus
ordinibus conſtituti. vt in dicto. ca.
cum voluntate. Tredecimus ſi cle-
ricus ſit depoſitus ſiue degradatus
vt de iudiciis cum non ab homine
⁊ de penis degradatio infi. li. vj. Et
hoc intellige ſi talis clericus depoſi
tus eſt incorrigibilis ⁊ noluit viuere
ſub regula clericali: vt notatur. in.
ca. cum cõtingit p̃mo de ſen. ex. ⁊ no
uellator ſup regula delictum. li. vj.
⁊ Jo. an. xvij. q. iiij. ſi quis deinceps
⁊. xxiij. q. v. excõicator. Alias autẽ
ſi eſt corrigibilis non licet eum per-
cutere: licet eſſet excõmunicatus. vt
in iuribus predictis. Et ratio quia
adhuc licet excommunicatus ſit dũ
modo ſit corrigibilis ⁊ nondum de-
gradatus retinet priuilegium cano
nis. ſi quis ſuadente quod eſt cõceſ-
ſum in fauorem ordinis ⁊ non per-
ſonarum. vt in di. ca. contingit. Ve
runtñ. Inno. v. credit q̃ verberans
hereticum clericum non incidit ca-
nonem. ⁊ hoc ipſe notauit de ſen. ex.
ſi vero quod tñ intelligendum eſt de
heretico depoſito per ſententiam.
Qd etiam ſentiũt Goffre. Vincen.

⁊ Berñ. Dicit tñ arch. xvij. q. iiij. ſi
q̄s deinceps. q̄ laicus iudex poteſt
expellere ꝑcutere capere ⁊ occidere
clericū ſi omino eſt incorrigibilis:
⁊ aliter corrigi nō pōt: recepta tñ li
cētia ab eccl'ia. al's nō licz. xvij. q. j.
ſi q̄s. xxiij. q. v. vbi d̄ liguribꝰ. c. cir
cūcelliōes. Quartuſdecimꝰ qñ cle-
ricus trāſfert ſe ad actū proſus or-
dini cōtrariū. vt puta erat in mino-
ribus ⁊ factꝰ eſt miles vel bigamꝰ.
lxxxiiij. di. quiſquis. ⁊c̄.

## De effectu excōmunicatōis

DE ſecundo. ſcz de effe-
ctu excōmunicatōnis
Sciendū eſt q̄ excōi-
catus maiori excōica-
tione nō poteſt eligere
neq̄ eligi. neq̄ bñficiū eccl'iaſticuz
acquirere: nec de bñficijs ſuis ali-
q̄d ꝑcipere. vt de appellatiōibꝰ. pa
ſtoralis. in fi. Et hoc qñ eſt in mo-
ra petēde abſolutiōis. de ꝯceſſione
ꝓbendaꝝ. q2 diuerſitatē. Itē nemo
debet ſibi participare loquēdo. orā
do. ſalutādo. bibēdo comedēdo. xj.
q. iij. ſicut apl'i. Itē nō pōt cōſtitui
ꝓcurator neq̄ ꝓcuratorē cōſtitue-
re ad agendū: nec ferre aliquā ſentē
tiam. Itē ſi impetrat aliud reſcrip-
tum preterq̄ ſup articulo excōicati
onis nō valet. de reſcri. ipſo iure. li.
vj. Itē ſi cōfert aliq̄d ſacrm̄ cum ſo
lēnitate: aut ſe ingerat diuinis irre-
gularis eſt. vt de cle. ex. mini. c. apo
ſtolice. Nec pōt ꝑ eū diſpēſare niſi
ꝑ papā de ſen. ⁊ re. iudi. cū eterni. li.
vj. Itē excōicatus eſt ſuſpēſus tam
ex officio q̄ ex bñficio. vt in glo. vl-
ti. c. cum bone. de eta. ⁊ quali. xj. q.
iij. rurſus. vbi dicit Archi. q̄ etiam
ſolus lapſus anni abſq̄ ſentētia ca
nonis a beneficijs ſufficit. Et vlte-
rius nō audiatur ſuper beneficijs.
et ita vr̄ loq̄ iſtud ca. rurſus. ſm In
no. q̄ hoc notat in dicto ca. cum bo
ne. Oibus enim bñficijs tam habi-
tis ante excōicationē q̄ poſtea acq̄
ſitis debet ſpoliari per ſententiam.
Si ꝑ annū in excōicatione vel inter
dicto permanſerit; ⁊ poſt talem ſen-
tentiā latam poſt annū ſup amiſſio
ne beneficioꝝ nō audiatur vlterius
ſup eis. vt dic. c. rurſus. Que autez
dicūtur in excōicatione eadē intel-
lige in ſuſpenſione. ar. predicti ca.
cum bone. vbi ſic notauit Innocē.
Et etiam intellige de illo qui excōi
catur pro cōtumacia. ⁊ qui citatus
ſuper crimine non cōparuit. Talis
enim habetur ꝓ conuicto vel ꝓ cō
feſſo. et priuatur beneficijs poſt an
num. ⁊ vt hereticus condēnatur. vt
de hereticis. Cū contumacia. li. vj.
Item effectus excōicationis eſt q̄
licet ſit iniuſta ex ordine vel cauſa.
tamē ligat. xj. q. iij. c. j. et de officio
legati. cū contingat. de ſen. excō. cū
per tuas. ⁊ cap. ſecrete. vbi de hoc.
Sed diceres. nōne iudiciū eccleſie
debet ſe ꝯformare iudicio dei. xj. q.
iij. tūc ꝟa. ij. q. j. deꝰ omps. de ſen.
excō. a nobis. ſed deꝰ nullū ligat in
iuſte. de pe. diſt. iij. ſi ex bone. ergo
eccl'ia nullū debz ligare iniuſte. Itē
deficiente cauſa ꝓpter quaz aliq̄d
debet fieri iuſte deficit ⁊ effectꝰ. lxj.
di. his oībus. de bigamis. debitū.
de appel. cū ceſſante. Sed cauſa ex
cōicatōis dz eſſe pctm̄ mortale. xj.
q. iij. nemo epoꝝ. hoc autē ceſſat in

excõmunicatione iniuſta: ergo non debet ligare. Dicendũ eſt ad hoc ꝙ licet nullus debet excõmunicari iniuſte: tñ ſi excõicetur tenet excõmunicatio apud eccl'iam militantem licet non apud deũ. Et hoc fit ideo vt eccl'iaſtica cenſura eo plus timeat᷑. Et vt homo creſcat per obedientie meritũ iniuſte ſentẽtie parens. Unde dicit glo. xj. q. iij. nihil ꝙ licet iiuſta ſententia ſit timenda ⁊ tenẽda ꝗ̃tũ ad militantis eccleſie iuſticiã nec mirũ ꝙ apᵭ deũ non tenet q̃ non fallit: ſed apᵭ eccleſiaꝫ tenet q̃ fallit᷑ ⁊ q̃ fallit de ſen. excõi. a nobis. Non eſt tamen intentio eccleſie aliquem iiuſte excõicare imo punit acriter iniuſte excõicantes. vt ptꝫ. xj. q. iij. illud ⁊ de ſen. excõi. cũ medicinalis li. vj. Qñ ergo ᵭꝛ ꝙ excõicatio eſt eterne mortis dãnatio. intellige ſi contẽnitur alias non. Et ita ſolus contẽpt᷒ inducit dãnationẽ. xxiiij. q. iij. notãdũ ⁊ hẽt i glo. nemo epoꝝ. xj. q. iij.

## De participatione cuꝫ excommunicatis.

Conſequent᷑ ᵭ tertio. ſ. de participatione cuꝫ excõicatis eſt ſciendũ ꝙ quedam participatio eſt illicita. ſ. cuꝫ q̃s participat excõicato in crimine propter qᵭ excõmunicatus eſt: ſcꝫ dando ei conſiliũ auxiliũ vel fauorem et talis incurrit eãden ſniaꝫ de ſen. ex. ſi concubine. ⁊ cap. nuper. Secũdo quãdo ꝑticipat in crimine mortali ſed non in illo propter qᵭ excõicat᷒ eſt: ⁊ talis mortaliter peccat: ſed nõ incurrit eandem ſentẽtiam excõicationis. Tertio qñ participat ei in diuinis ſcꝫ recipiendo eũ ad diuina officia. vel ad ſacramenta vel ad ſepulturaꝫ. Et licet talis non ſit irregularis prima vice tamẽ propinquus eſt irregularitati. Et ſi celebrauerit in tali peccato erit irregularis. de ſen. excõi. is qui. li. vj. Quarto qñ quis participat non in crimine ſed in loquendo orando vel bibendo ſecũ. et de tali participante dicit Tho. probabilit᷑ poſſe dici ꝙ non peccat mortaliter niſi ex cõtẽptu vel cõtra prohibitionem ſuperioris. Unde regulare eſt ꝙ participãs pertinaciter excõicatis peccat mortaliter: ⁊ poteſt excõicari maiori excõicatione. Nõ ſic aũt eſt de participante quadam leuitate in verbo vel in cibo aut potu ⁊c. cũ valde graue eſſet ꝙ q̃s pro vno leui verbo incideret excõicationeꝫ vel mortale pctm̃. Per hoc põt ſolui illᵭ dubiũ qᵭ cõiter inter dentes multoꝝ voluit᷑. vtrũ ſcꝫ participans excõicato vt iam dictũ eſt peccat mortalit᷑. Et an ſñiam incurrit. Hoſt. videt᷑ tenere ꝙ tũc peccat mortaliter quando hoc facit pertinacit᷑ in contẽptũ ⁊ contra prohibitiõem ſuperioris ſpecialiter vel generalit᷑ factam. Nam in hoc caſu eſt excõicandus participans alij ſᷓm ipſum vt de cleri. excõi. miniſtrante ſi celebrat. in fi. ⁊ de ſen. excõi. ſtatuimus. in fi. ⁊ eo. ti. cõſtitutionem. li. vj. Ex quib᷒ infert᷑ hoc ſalubre documentũ ⁊ ſalutare cõſiliũ ꝙ ex quo ante ammonitionem factam participãs excõicari poteſt. vt dicit Arch. vbi ſupra. reſtat ꝙ venialiter peccat. Ex q̃ autem poſt ammonitionem factam

⁊ ſpretam excõicari põt. planum eſt ꝙ tũc peccat mortalit̃. Nam etiam excõicationis ſentẽtia nõ eſt ferẽda niſi ꝑ mortali pctõ. Sic ergo ſꝫ Archi. ꝑtinacia eſt cauſa pro q̃ ſola fert̃ hec ſententia. ſic intelligit̃ Poſt. ca. ſacris. q̃ꝺ vi metus ve cauſa. ⁊c̃. Et ex his pꝫ ꝙ ſi q̃s excõicatus eſt pro cõtumacia vel alio crimine. vel vt ſatiſfaciat: ⁊ ex ꝓceſſu non eſt prohibitio generalis vl' ſpecialis participãtibus facta. participãs cum tali. in locutione. comeſtione ⁊c̃. nõ peccat mortaliter ſed venialit̃. Nõ qꝛ nõ facit contra ꝓhibitionẽ ſuperioris: cũ adhuc nõ ſit ꝓhibitum. Ideo dicendum eſt ſm Archi. vbi s̃ ꝙ ſi q̃s cõmunicat excõicato cõtra ꝓhibitionem canonum peccat venialit̃. niſi forte nimis freq̃nter, vel in cõtẽptuꝫ canonũ: qꝛ tũc eſſet mortale. ſic põt intelligi. xj. q. iij. excellentiſſimus. ⁊ xxv. di. c. alias Sed cõtra ꝓhibitionẽ hoĩs mortalit̃ peccat. Vñ cõſueuit dici ꝙ mitius agit̃ cũ lege q̃ꝫ cũ miniſtro legis. ff. de arbi. l. celſus. Ita notauit Hoſti. in ca. ꝙ in dubijs. de ſnĩa excon. ⁊ hoc teneas. Nec aduertas illũ monachum Ray. cũ lata cappa ⁊ ſtricta conſcientia q̃ in ſumma ſua dicit: ꝙ ſi aliq̃s communicat excõicato in caſu non cõceſſo ſcienter. ſi nouit ius. vel ſi eſt cleric⁹ ſemꝑ peccat mortaliter quem ſecutus ẽ Inno. quartus vt ipſe notauit de dolo ⁊ cõtu. Ꝟitatis in glo. vl. iuxta fi. ⁊ in ca. ſacris. q̃ꝺ metus cauſa. applicando textualia ꝓut potuit ꝓ ſua opinione facienda. Cõtra quos eſt hodie tota ſcola iuriſtarum ⁊ theologoruꝫ: qui ſequentes btm̃ Tho. in. iiij. ſen. dicunt ꝓ cõcluſiõe ꝙ q̃ꝫ uis q̃s ſcient̃ excõicato cõmunicet nõ peccat mortalit̃: niſi in tribus caſibus ſcꝫ qñ cõmmũicat in crimine: vel in cõtemptuꝫ ſuꝑioris: aut in cõtemptum clauiuꝫ. vel ſi cõicat in diuinis: q̃ꝺ teneas ſm Archiꝺ. Vbicũq̃ꝫ ergo inuenies in iure ꝙ cõmunicare excõicato eſt peccatũ mortale: intellige cum hoc ex ſtudio fit ⁊ i cõtemptum: ita intelligit̃ ca. excellẽtiſſimus. xj. q. iij. vt Hugo ibidẽ notauit. Silr̃ in diuinis cõmunicare ẽ mortale. vt dicit Hugo. xj. q. iij. rogo. Similiter in crimine eſt mortale. vt de ſenten. excõ. nuper. Preterea ſciẽdum ꝙ non dicor communicare excõicato: lꝫ ego ⁊ ipſe ſumus in eadem domo. ego ꝓ meis negocijs: excõicatus aũt ꝓ ſuis. Sed ſi ego ⁊ excõicatus iremus ad papaꝫ vel ad alium dñm vt ꝓ eodẽ rogaremus bene incidere ẽ excõicationẽ ⁊c̃. Iteꝫ ſi ego ⁊ excõicatus habemus vnam camerã cõmunẽ bñ licꝫ mihi cum excõicato eſſe in eadẽ camera ⁊ iacere ⁊ comedere: ſꝫ nõ in eadem menſa vel in eodẽ lecto. qꝛ hoc non põt eſſe ſine voluntaria cõione: ſm Archiꝺ. q̃ ita notauit. xj. q. iij. apl'i. Sed diceres tñ ſctũs Iohan. euan. exiuit balneum ꝓpter cherinthum excõicatum. xxiiij. q. j. omnis q̃. Dicendum ꝙ illud fuit ex ſuꝑabundãtia iuſticie: ⁊ cum hoc quia aliud eſt dimittere delicias ꝓpter ꝑ̃ſentiam excõicati: q̃ꝺ eſt bonum ſicut fecit beatus Joh. aliud ius ſuum dimittere: quod non eſt bonuꝫ ſm Inno. qui ita notauit. ꝺ ſen. ex. nup. Preterea ſciendum ꝙ ſi excommunica-

tus intrat eccl'iam oēs exībūt eccliā ſm glo. xj.q.iij.ſicut apl'i. Sacerdos tñ ſi incepit miſſam non exibit. q2 nō relinqt officiuz inexpletū. vij. q.j.nihil Hugo aūt notauit in.c.cū excōicato.ibidem.xj.q.iij. q ſacerdos remanebit cū duobus.Ho. vero in ſumma. de ſen.ex.c. ſi.dicit q ſi excōicatus eijci non pōt de eccleſia. ⁊ pſbyter nōduz incepit canonē veſtes exuat ⁊ recedat. Si vo incepit pficiat miſſam.⁊ ab ipo excōicato oculos auertat.⁊ tutius eſt vt ſtatiz ſumpta cōione ſacramēti vadat ad ſacriſtiā ⁊ ibi miſſam cōpleat.de cōſe.di.ij.relatum.Concordat Hoſti.⁊ Goffre. Dicit tñ Inno. de ſen. ex.nup.q ſi in eccleſia eſſet excōicatus nō tñ cauſa orādi: ſ3 p alio ſuo negocio non videt ipſe Inno.qre in eadem eccleſia orare nō poſſem cuz nō participo ſibi in orone.exq̄ non orat.licet alij cōtradicant. Dicit etiam ſi excōicatus eſſet extra eccleſiam ⁊ audiat miſſa3 ſtatim ſacerdos d3 ceſſare ⁊ alij orantes recedere:niſi forte incepiſſet canonē miſſe:vt dictum eſt ⁊ hoc ne relinqt officiū inexpletuz. Sciat etiā excōicatus q nō licet ſibi ingredi eccleſiam aliq̄ hora.Et ad hoc facit.xxv.di.c.j. poſt principiuz. xxiiij.q.iij.clericus.⁊.j. q.j.non l3. Niſi cauſa audiēdi vbū dei de ſen.ex.rñſio.de cōſe.di.j.eps xxxv.q.iiij.de his ſm Hoſti.qui ita notauit de clerico excōicato. illud Vñ dicit. Egidius cardinalis q ſi excōmunicatus ſicut priuata pſona vult dicere horas canonicas d3 hoc facere extra eccleſiam ⁊ nō intra ex cauſa ſupradicta q2 ſeperatus ē ab ingreſſu ecclie. Sed circa pmiſſa eſt ſciendum q q2 multi ex leuitate: et ex cauſis vel ſignis leuibus vitant alios tanq̄3 excōicatos. iō expedit ſcire qñ quis eſt vitādus. Pro q̄ ſciendū ſm Hoſti. de ſen.ex. cum non ab hoīe a cōione illius q̄ p ſacrilega manuum iniectione in clericū in edictum ſeu canonē excōicatiōis incidit.l3 denūciatus nō ſit debes abſtinere dūmmō in iudicio ſit vl' hoc ſciat.ſ.q2 vidiſti qñ clericum pcuſſit ⁊ publica ſup hoc laborat infamia donec ſe purgauerit. p quo allegat. c.cuz deſideras.de ſenten.ex. ⁊ hoc vult etiam glo.j.predicti.c.cum nō ab hoīe.q̄ dicit q cito ſcio vnū excōicatum debeo ipm ſtatim vitare q̄uis nō ſit denunciatus.niſi ſolus hoc ſciam. Et hoc eſt cōtra Johēm fauētinum ſm Hoſti.⁊ glo.ſupradicti.c.q̄ dicūt q excōicatus nō eſt vitandus quouſq3 denūciatus ſit. qđ omnino falſum eſt. Denūciatio aūt nō fit niſi pter ignorātes:argu. de iudicijs.ita quorūdum. Et eum q̄ certus eſt certiorari nō oportet. de regulis iuris eum q̄.li.vj.deus eum ligat in hac ſnia ⁊ nō homo. xj.q.iij. nemo. Vñ ⁊ ſecum trahit.executionez.nec amplius ligat p denūciationē.de appellationibus. paſtoralis. D3 ergo vnuſq̄ſq3 vitare excōicatū. ⁊ ſi dnunciatus nō ſit dummō ſciat hoc taliter q ip3 conuincere poſſit vel etiam ſi famoſum ſit vt dictum eſt.ſecus vbi occultum eſt. Et hoc eſt verum de excōicato in ſpecie.i. nominatim:nō aūt in genere. Et etiam vbi tibi conſtat tanq̄3 homini vl' ſi ſit infamatus de hoc publice. Se

cus ſi tibi conſtaret tanq̄ deo puta in cōfeſſione q2 tunc nec in publico nec in priuato ipſum vitare debes Item ſi audis hoc ab alijs non ſis facilis ad credendum: niſi prelatus hoc tibi nunciet. tūc oīno credendū eſt. xj. q. iij. cure. Scire tū debes ꝙ aliq̄s ꝑpt famā publicaꝫ vitat̄ tāq̄ excōicat⁹ lꝫ excōicat⁹ ñ ſit. ſm Ho. i. c. cū deſideras. de ſē. ex. vt etiā dicit glo. Q̄d ſi fama eſt aliquē eſſe excōicatuꝫ vitandus eſt. Et ita fama facit ꝓbationē. Et iſta oīa intellige quo ad publitaꝫ vitationē. nā ſi q̄s ſolus nouit aliquē excōicatū. ⁊ hoc ꝓbare nō pōt de facili. ip̄e ſolus eū vitabit alioq̄n ſi nec ꝑ aliquē ꝓbare poterit. nec ipſe euꝫ vitabit publice ſed tm̄ occulte. ⁊ vbi poterit facere ſine ſcandalo. Vñ tene ꝓ regula ſm Ray. ꝙ ſi manifeſtū eſt aliquem eſſe excōicatū alij tenent̄ exire d̄ eccleſia vel ꝓcurare ꝙ exeat. Si v̄o non eſt manifeſtum: tunc illi q̄ ſciunt exibunt caute ⁊ ſecrete ita tū ꝙ non ſequat̄ manifeſtatio illius. ſi cōmode poſſunt alias ſi timet̄ manifeſtatio eius nō exibūt. vj. q. ij. ſi tm̄ ep̄s. Occulte nāq̄ excōicatus dꝫ occulte moneri vt exeat. cōcordat Hoſ. Hodie ꝑ ſtatutū cōſtātieñ. bñ ꝓuiſum eſt ꝙ nullus aliquē vitare dꝫ vl' ꝑ excōicato hr̄e: niſi denūciatus ſit ⁊ declaratus. Et hoc intellige q̄tū ad publicā vitationē. alias ſi tibi conſtat aliquē incidiſſe canonē late ſentētie debes eū vitare nō expectādo aliquaꝫ denūciationem ꝑ iura ſuperius dicta. eo tamen modo quo dictum eſt ſupra. Idem dicendū eſt ſi fama publica eſt: vel audio a fidedignis aliquem excōicatū ſm Ray. teneor eū vitare. Et vt melius iſta recolligas ponunt̄ q̄nq̄ regule de hoc. Quarū p̄ma talis eſt. excōicato participās in crimine incurrit eandē ſniam excōicationis. vt de ſenten. ex. c. ſi concubine. ⁊ ca. nuper. Quod intellige ſic. ſi dat conſilium. auxilium vel fauorem. ſine quibus ille non feciſſet. Secunda regula. participans excōmunicato non in crimine: i cōtēptuꝫ tū clauium incurrit mortale peccatum. Tertia regula. participans excommunicato in diuinis. ſcꝫ admittendo eū ad diuina. vel ad eccleſiaſtica ſacramenta vel ad ſepulturam peccat mortalit̄ Et lꝫ p̄ma vice non ſit irregularis vt d̄ ſen. ex. is q̄. li. vj. tamen ingreſſus eccleſie eſt ei interdictus. Vñ ingerens ſe ſc̄do ad diuina fit irregularis. de ſen. ex. is qui li. vj. Et ſi ſic decedit nō dꝫ in cimiterio ſepeliri: vt d2 ibidem. immo vt in vltimo caſu ſepeliens excōmunicatum caſu nō cōceſſo excommunicatus eſt. vt de ſepulturis. eos qui i cle. Quarta regula. participans excommunicato in cōtemptū ſuperiorum peccat mortalit̄. xj. q. iij. nemo. Quinta regula. participans excommunicato bibendo: comedendo: loquendo ſemel tantum vel ex caſu neceſſario: non tamen in contemptuꝫ peccat venialiter: ſed patet quia veniale fit mortale dum placet. ⁊ freq̄ntia delicti facit cōtemptum. vt dicit Aug de fide xp̄iana Tunc eī dicit̄ quis ex contemptu facere q̄n voluntas eius ordinatur ad obuiandum legi. Sciendū tū circa p̄miſſa ꝙ in oībus caſibus p̄terq̄ in p̄mo talis

participās poteſt abſolui a ꝓpͦo ſa
cerdote. ſed in pͥmo caſu q̄ñ cōicat
in crimine nō poteſt abſolui ab alio
niſi ab illo q̄ excōicauit principalē.
tñ ſi ille cōmunicās cōmode nō po
teſt accedere ad excōicatorē pōt ab
ſolui a ꝓpͦo ſacerdote. vt dͬ in ca.
nup. de ſen. ex. In articulo tñ mor
tis pōt ab oīm excōicatione maio
ri p ſimplicē ſacerdotē abſolui: ſer
uata tñ forma de qua habes ſupra
circa ſacramētū penitētie. Pre
terea ſciendū ꝙ quinqꝫ pſone excu
ſantur a pctō participatiōis cū ex
cōmunicato. Primo ſi quis cauſa
vtilitatis participat. vt ſi loquit de
his que ſunt de ſalute excōicati: vel
ad ſalutē ꝓpriā ſi aliū nō habet vt
loquat p debitis q̄ tenet ſibi excōi
catus. Scdo excuſat vxor partici
pans viro excōicato: vel ecōuerſo.
tñ quantū ad redditionē debiti non
excuſat: qꝛ nō tenet viro excōicato
reddere debitū. ille tñ excōicatus te
netur vxori petēti reddere. xi. q. iij.
qm̄ multos. in glo. ſup ver. vxores. fi
nali. Tertio excuſantur ſerui. ancil
le. filij. ruſtici ſuiētes. ꝛ oms famili
ares qui nō dederūt cauſam dño ꝓ
pter quam excōicatur. Et intellige
de ſuis q̄ ante excōicationē dñi ſer
uire ceperūt: ꝛ de filijs nō emācipa
tis. i. nō diuiſis a patre: q̄ ſunt ad
huc in pr̄na poteſtate. Ruſticos in
tellige colonos agroꝝ ſuoꝝ dñorū:
et alios q̄ tñ in his laborib⁹ ad q̄s
de iure tenent: pn̄t participare dño.
patres tñ nō excuſant participātes
cū filijs excōicatis. nec dñi cū ſuis
ſm Raymūduz: q̄ tenētur ſuos cor
rigere minores. Tñ dicit Hoſti. ꝙ
dñi ſeruis mercēnarijs q̄s ſuo ma
gno incōmodo vitare nō poſſunt.
poſſunt cōicare ſimilit ſocij habē
tes aliq̄d in cōmuni. Quarto excu
ſantur illi q̄ ignorāter cōmunicant
excōicatis. Quinto excuſant illi q̄
in neceſſitate eis cōicant. vt ſi quis
cōmunicās iret p terraz excōmuni
catoꝝ ꝛ nō haberet alibi emere vi
ctualia: pōt in tali neceſſitate ab ex
cōmunicatis emere: ꝛ cū illis etiaz
comedere. Ultimo ſciendū ꝙ ſepe
epi vel eoꝝ officiales cōmittūt ple
banis abſoluere aliquos excōica
tos. ideo de modo ꝛ forma abſoluē
di taliū eſt videndū. Ubi eſt notan
dum ꝙ in abſolutiōe a maiori excō
municatiōe q̄tuor ſunt ſuāda. Pri
mū vt excōicatus prius iuret ſtare
mādatis eccleſie licet hoc nō ſit de
ſubſtantia abſolutiōis. Scdo ſi q̄s
ꝓ manifeſta offenſa excōicatur nō
abſoluat niſi prius ſatiſfaciat. Si
aūt ē occulta ſufficit iuratoria cau
tio. Tertiū eſt vt abſoluat p eum q̄
tulit ſententiaz cū pſalmis ꝛ orōni
bus circa hoc ꝯſuetis. Primo pre
mittēdo. de⁹ miſeatur nr̄i. vſqꝫ ad
finez. vel ſm aliquos. miſerere mei
deus. deinde Kyrieleiſon. Pat nr̄.
Saluū fac ſuū tuū dñe ſperātē i te.
Mitte ei dñe auxiliū de ſctō. ꝛ de ſy
on tuere euz. Eſto ei turris fortitu
dinis. a facie inimici. Dñe exaudi
orōnem meā. Oremus. Preſta q̄s
omp̄s de⁹ huic famulo tuo dignū
penitētie fructū. vt eccl'ie tue a cui⁹
veritate deuiauerat peccādo admiſ
ſoꝝ reddat innoxius veniam conſe
quēdo. p xp̄m dñm nr̄m. Tūc ſequi
forma abſolutiōis. De oīpotentis

Duodecima regula Cõſulẽs aliq̃d vnde ſequit̃ homicidiũ irregularis eſt: vt ſi ſuaſit iactuʒ baliſte machine lapidis: vel ꝙ q̃s iret ad capiendũ caſtrũ qđ capi nõ poteſt ſine hominis morte. vñ ſi ſequitur mors ex illo cõſilio irregularis eſt ſm vvilhelmũ. Idem ſi facit vel cõſulit furtiue vel ꝓditionaliter capi caſtruʒ. ſi mors inde ſequitur irregularis ē. q̃a debuit veriſimilit̃ pͥſumere hoc euenire poſſe. In talibꝰ eñ punit̃ q̃ remotã cauſam homicidio dedit ſicut q̃ ꝓpinquã vt notat̃ de homicidio. pͥſbiteris. Tredecima regula. Mandãs aliquẽ verberari. ſi verberãs occidit verberatũ: irregularis eſt qui mãdauit. niſi expreſſiſſet ne occideret̃. de homicidio. ſignificaſti hodie. de homicidio. is q̃ mãdauit. li. vj. in fi. vlt. glo. Secꝰ tñ de illo qui cõſulit aliquem capi. vtputa malefactorẽ: qꝛ tũc nõ fit cõſulẽs irregularis. etiã ſi capiẽs occidit illũ qꝛ hoc nõ cõſulit. ar. de homi. c. fi. Abſit eñ vt ea que ꝓpt̃ bonũ facimus: ſi ꝑter volũtatẽ noſtrã quicq̃d mali acciderit nobis debeat imputari. xxiij. q. v. de occidẽdis. ſemper tñ fit irregularis dãs directe conſiliũ in mortẽ alterꝰ. vt ne clerici vel mona. ſententiã. Nec itereſt ſiue is cui datũ eſt conſiliuʒ ſtatim fecerit homicidiũ vel etiã diu poſt niſi pͦ conſiliũ reuocauerit ⁊ contrarium ſuaſerit. vt de homi. Petrꝰ. imo niſi firmiter ⁊ ꝓbabilit̃ credat ꝙ poſt reuocationẽ cõſilij nõ reuocetur is cui datũ eſt conſiliũ a ꝓpoſito occidendi: neceſſe eſt vt denũciet illi de cuius morte tractatuʒ eſt ꝙ caueat ſibi. in eo aũt ꝙ mãdauit per ſe fieri homicidiũ: videt̃ ſufficere ſi cõſilium mãdat tm̃. de reg̃lis iuris. oĩs res. vel ſi ſciẽte eo cui mandatũ eſt iuit eũ occidẽdo. vt. xxij. q. j. Om̃e qđ. vel parẽtelam vel amiciciã cuʒ eo cõtrahat: licet ei hoc nõ ſignificauerit: qꝛ qui eſt certus certiorari non debet. de elec. inter vniuerſas. Quartadecima regula. Conſulẽs alicui vt occidat aliqueʒ: ſi ipſe cui conſultũ eſt occidere occidat̃ ab illo occidẽdo: ſm opinionẽ mitioreʒ nõ iudicat̃ ille cõſulens irregularis Ratio qꝛ fines cõſilij exceſſit ex q̃ egreſſus eſt ad occidendũ: nec ſibi bene cauit. niſi excitaret eũ ad occidenduʒ alium: forte in tali loco vbi periculũ eſſe poſſet: tũc eſſet irregularis. etiã ſi is cui cõſuluit occidat̃ ſm vvilhelmũ vbi ſupra. ſm rigorẽ tñ iuris hodie talis cõſulẽs irregularſs eſt per Ioh. an. in nouella de homi. is qui mãdauit. li. vj. Quintadecima regula. Si quis ſuadet alicui ꝙ ꝓ patria vel ꝓ proximo ſuo vel ꝓ iure ſuo vel ꝓ iure eccl'ie ſue periculo ſe exponat: non ob hoc fit irregularis: etiam ſi ibi moriatur. xxiij. q. iij. ꝓ mẽbris. et. c. ſequenti. Si tñ ſciret vel crederet euʒ ibi moriturũ: tũc videtur ꝙ fiat irregularis: ſm vvilhelmũ. Si autẽ cõſulat ꝙ indubitata morte ſe exponat pro honore xpi vel fide vel ſtatu eccl'ie: nõ eſt irregularis. etiã ſi mors inde ſequat̃. xxj. q. j. ſunt quidã. xj. q. iij. nõ ſolum. Hac ratiõe excuſant̃ inq̃ſitores heretice prauitatis. ſciẽtes ꝙ ſtatim poſtq̃ȝ aliquem pronũciauerint hereticũ eſſe ille morti trade

tur.hoc etiam al's multipliciter ꝓcurando. Ad hoc etiam accedit. xxiij.q.viij.legi.⁊.q.v.Si audieris Illi tñ clerici q portauerũt ligna cauſa indulgentiarũ ad hereticos cõburendos irregulares ſunt: nec cũ eis diſpenſatur niſi ꝑ papam. Sedecima regula. Dans operam rei licite vt puta edificando eccl'iam vel domum adhibita omni diligẽtia quã potuit habere: ſi occidat aliquez caſualiter nõ efficitur irregularis. Si tñ dat operam rei illicite: nec adhibuit omnez diligentiam quam debuit fit irregularis. vt de homici. lator.⁊.c.ex litteris.⁊.c.ſi dignũ.⁊.ca. pſbyterum ⁊.c. continebatur.⁊.ca. ad audientiam. Hinc eſt ꝙ medico operanti ſm regulas artis ſue non imputatur ei ſi qs ſub eo moritur. ſed ſi negligentiam commiſit cõſulitur ſibi vt non ꝓmoueatur ad ordines. de qli.or.ad aures. Sed quid de illo medico q vertit infirmum ad aliud latus vt citius moriatur. Rñdeo ꝙ irregularis eſt tam iſte qui fecit ꝙ̃ iſte qui conſuluit: ſi ex hoc mors fuit ſubſecuta: qꝛ forte via anhelitus ꝯcluditur: vel apoſtema rũpitur ex violentia motus: vel ſuffocatur. Si aũt non citius moritur ex hac cauſa: non fit irregularis: ſ; penitere debet de facto. Decimaſeptima regula. Non ſolũ eſt irregularis qs ſi ex eius ꝑcuſſione eſt mortuus aliqs: ſed etiã ſi ex hac ꝑcuſſione infirmitatẽ ꝯtraxit vñ mortuus eſt: vt ꝺ homi. pſbyterũ.⁊.ca. ad audientiam.⁊.lj.di.ſtudeat. Decimaoctaua regula. Defendẽs ſe in caſu euitabili ⁊ occidẽs aliquẽ irregularis eſt. l. di. ſi qs viduam.⁊ talis ad ſuperiora nõ aſcendãt. ⁊ in ſuſceptis nõ facile diſpenſatur. Sed ſi neceſſitas fuit ineuitabilis datur cõſilium ei vt nõ miniſtret. l. di. de his clericis. non tñ ꝓpter hoc deponitur. immo in ſuo ordine adminiſtrans toleratur ꝺ iure cõi abſq; diſpenſatiõe ſ; Laurẽ. l. di. qꝛ tua. Sic loqtur de homi.c. ij. put ꝓſequitur ibi Ho. Et qdam dicũt epm poſſe in tali caſu diſpẽſare. l; hoc nõ poſſit ſm Jo. de deo q dicit ſolũ papã hoc poſſe. Hodie ꝺr ſimpliciter irregularitatem nullam incurrere ille qui ꝑſonam ſuam defendendo in caſu ineuitabili occidit. de homi. ſi furioſus. in cle. Decimanona regula. Infans furioſus cõmittens homicidiũ nõ eſt irregularis: vt in cle. ſi furioſus. de homi. Idem eſt de dormiẽte ſi aliquẽ occidat q tñ nõ habuit ꝓpoſitũ occidẽdi eum. Uigeſima regula. Potẽs hoĩem liberare a morte ⁊ nõ faciẽs irregularis eſt. qꝛ qui poteſt defendere ⁊ nõ defẽdit: occidit. de homi. ſicut dignũ. qꝺ intellige ſm glo.c. iij. de ſen.ex. de illo ad quẽ ex poteſtate: ex officio vel dignitate ꝑtinet realiter defendere. ⁊ nõ ſimpliciter de quocũq;. vbi dicit ibidẽ glo. ꝙ ſi ego nõ habeo aliquã poteſtatez: video ꝙ aliquis vult verberare clericum ſine auxilio meo aut ꝯſilio nõ credo ꝙ ſum excõicatus ſi nõ ꝓhibeo illum: licet al's forte peccem qꝛ nõ defendo cũ poſſem. Uigeſima prima regula. Retrahens a propoſito liberandi hominem a morte irregularis eſt. quia quodã modo indirecte homicidiũ cõmiſit. l. diſtin.

ſi quis viduā. et de pe. di. j. periculoſe. Uigeſimaſecūda. Percutiēs aīo occidēdi latronē ſi ex aliquorū vulnerib⁹ latro obijt: irregularis ē. vt colligit̃ de homi. ſignificaſti. rñ. j. Idem etiā ſi nō ꝑcuſſit: ſed aliqd operis impēdit in mortē eius: puta qꝛ latronē detinuit: vel cōtra eū clamauit. al's aūt ſi clamaſſet cōtra eū nō in mortē eius ſed ꝙ caperet̃: vel detinuit eū: vel ſe leuez extēdit: irregularis nō eſt de morte ei⁹: vel etiā ſit in neglectu al's ſi malicia ei⁹ perpetret̃ homicidiū. ⁊ idē ſi negligentia ei⁹ cōmittat̃. l. diſt. hi qui. Et iō ſi clamat cōtra latronē ſiue eū capiat ſi al's quocūqꝫ modo potuit itelligere ex clamore ſuo vel alio actu homicidiū ſeq: irregularis eſt: niſi forte faciat ꝑpt̃ periculū corporis ſui: vt ſi videt ꝙ aliqs euz occidere vult. tunc em̄ pōt bn̄ inuocare ⁊ clamare ꝓ auxilio qꝛ nō intēdit in aliorū mortē ſꝫ in ſuā liberationē. ſec⁹ ſi hoc faciat ꝑpt̃ periculū rex ſuax ſi fuge ꝑſidio euadere poteſt. de ho. ſuſcepimus. Uigeſimatertia regula. Cleric⁹ ligās cū ſocio latronē ſi poſtea timens ne occidat̃ a latrone ipſe poti⁹ occidit eū irregularis eſt de homi. vbi ſ. Uigeſimaqrta regula. Si cleric⁹ nō valēs aliter recuperare res ſuas tenet furē ne cuz reb⁹ fugiat donec eū exhibeat iudici vel ei⁹ auxiliū inuocet ad res ſuas recuperādas: nō eſt irregularis licet poſtea fur a iudice puniat̃. dū intētio ei⁹ nō ſit corrupta intendendo ad furis mortē vel mutilationē. ⁊c. Idē dicendū eſt ſi cleric⁹ credit vel tradit ſeculari poteſtati latronē petēs ꝙ eū puniat citra ſanguinis effuſionē. vel petēs rem ſubtractaꝫ ſibi reſtitui ſi poteſtas in latronem aī aduertat. i. puniat eū morte: non ꝑpt̃ hoc cleric⁹ erit irregularis. vt de homi. delatoris. li. vj. nec etiam nocet illi ſi ad cōuincendū latronē tradidit interſignia. Et ideꝫ ſi ſimpliciter deponit querelā de iniuriātib⁹ ſibi ⁊ eccl'ie ſue ꝗuis tales vix abſqꝫ ſanguinis effuſione valeāt cohartari. de homi. tua nos. ⁋. vlti. ⁊ c. poſtulaſti. xxiij. q. iiij. maximianus. et. q. v. c. v. et. c. vnū. ⁊. c. pena. Et hec oīa vera ſunt qn̄ nō intēdit ad mortē: nec hoc in aīo gerit. ſꝫ ꝓteſtatur publice ꝙ citra ſanguinis effuſionē caſtiget̃ nō eſt ergo irregularis curialit̃ agēs ꝯtra furē nō criminalit̃ ad mortē vl' ſanguinē. lꝫ eū iudex cauſa ꝓbabili ſuſpēdet ab officio ſuo vt de homi. poſtulaſti. Ex quo vlterius pꝫ ꝙ nullus notā irregularitatis incurrit q̄ ꝑ extortores ſiue exactores alicui⁹ curie curauit aliquē capi ꝑpt̃ ꝺlictū tale ꝑpt̃ qꝺ nec mori nc̄ mutilari poſſꝫ. lꝫ iudex inueniēs eū alia cōmiſiſſe ꝓpterea ſuſpēdit eū. ſi tn̄ nec ille crediderit: nec cogitauit illud cōtingere poſſe Uigeſimaqnta regl'a. Si iudex officialis inſeqtur furē fugiētez ⁊ qrit a mevtrū viderim illū. ⁊ ego ſciens ꝙ fur ille ad mortē querit̃ iſtruo eū. ſi ꝑ meā rn̄ſionē fur inuēt⁹ eſt ⁊ occiſus ſuz irregularis. Sec⁹ ſi nec ſciui nec ſuſpicat⁹ ſum ꝙ ad mortē vl' penā ſanguinis querit̃ vn̄ cōſulit̃ in caſu h⁹ cū aliqs ſcit aliquē ad mortē fugere niſi ꝑ alterā de duab⁹ vijs nō dꝫ dicere ꝑ hāc nō fugit quia ſic

pderet eũ p alteram fugientem ſed aut taceat aut q̃rentē curialiter euadat: dicēdo nunq̃d ego cuſtos illius ſum. vl' alio modo. Uigeſima ſexta regula. Si clericus q̃ egit ad res ſuas recupandas ex poſt facto ratum hȝ q̄ ſuſpenſus latro eſt ⁊ hoc ſibi placet. ſi talis nullũ cōſenſũ habuit in mortē illius nec q̃cq̄ȝ coopatus ē non eſt irregularis ſm vvilhelmuȝ ⁊ hoc ſi gaudet q̄ maleficiũ eſt punitũ nō aũt pſona. cũ ſm ipm irregularitas ex homicidio ſolo nō cōtrahit niſi culpa vel volũtas p̄cedat vl' ſcandalũ ſequat. vt notat. l. di. hi q̃ ⁊ de homi. ex lr̃is. ⁊. c. vextũ. Hodie ꝯ iure cautũ eſt q̄ ſi q̃s abſq̄ȝ mandato meo. manus iniecit in clericuȝ meo noīe violentas. ſi hoc ratũ habeo excōmunicatiōis canonē incurro. ⁊ hoc pp̄ter rati habitionē q̃ retro trahit ⁊ mādato cōparat. Si autem hoc meo noīe nō eſſet factuȝ. lȝ ratum haberē peccarē: ſed nō īccurrereȝ excōicationē vt dr̄ expſſe in. c. cũ q̃s. de ſen. ex. li. vj. Ut intelligas pono tibi caſum. Aliq̃s amicus vel ſeruitor tuus ſciēs aliquē clericũ tibi feciſſe iniuriã ꝟbalē vl' realē pcuſſit: quē tu poſtea receptādo magis amicũ habuiſti vl' gauiſus es ⁊ hoc factũ cōmendaſti vel laudaſti tu es excōicatus pp̄ter ratihabitionē ac ſi mādaſſes. Sed vnus extraneus pcuſſit clericũ. ⁊ tu audiēs gratũ habes ⁊ gratularis de hoc. lȝ nō es excōicatus tñ peccas ad minus venialiter ſm Jo. an. in nouella ſupradicti ca. cum q̃s. li. vj. Uigeſimaſeptima regula. Si q̃s mādat capi vnuȝ clericum de tribus ſimul incedentibus: ⁊ alios duos nō grauari. ſȝ mādatarius excedit fines mandati alios duos capiēdo iſte mādās nō erit excōicatus ſm Jo. de deo. li. iij. ſuarũ q̃ſtionũ. q. xiiij. Et rō ē q2 captio cōtra volũtatē eius eſt facta. Petrꝰ tñ d̄ ſamprana. alias ſanſona putat q̄ de dāno tenet q̃d illi paſſi ſunt. de iniurijs. ca. ſi. xxiij. q. viij. pp̄terea. Ex hoc infert p ſimile de irregularitate: q̄ irregularitas rōne homicidij nō ptrahit ſola volũtate: niſi hō actu occidat. de homi. ſicut dignũ. §. j. vbi de hoc. in glo. ex. corde. xv. q. j. ſi q̃s nō iratus Sed nec fit q̃s irregularis pp̄ter ſolũ homicidiũ: niſi culpa vel volũtas p̄cedat. vl' aliaſ ſeq̄tur ſcādalũ. vt notat. l. di. hi q̃ poris. de homici. ex litteris. de clerico egroto. tua. Ex hoc dicto ſoluit q̃ſtio q̃ q̃ritur an clericus q̃ volebat interficere hoīem ſed non potuit quia inuenit eum iam mortuum. qui volens nihilominus ſatiſfacere ire ſue amputauit caput mortui. Dicendũ q̄ licet voluntas occidendi fuit tamen non eſt irregularis ſm Archi. xv. q. j. ſi quis. Ratio quia ad hoc q̄ homicidium committatur requiritur q̄ homo aīatus occidatur. de homi. ſicut dignũ. xxxij. q. ij. Moyſes vbi aborſus fetus inanimati nō imputat ad homicidium. ſicut etiã notant Aluarus. Inno. Bernar. de homici. ſi aliquis. Uigeſimaoctaua regula. Si quis in rixa. mortuuſ eſt. neſcitur tamen quis illum interfecit: licet ſm quoſdam ſcȝ Johem omnes irregulares ſunt quo ad pmotionem ad ordines propter incertitudinem. vt. xxiij. q. vlti. cap. fi.

tamē probabilius eſt q̄ in tali caſu quilibet ſue cōſcie eſt relinquēd⁹: ſm vvilhelmū in ſpeculo ⁊ Hoſt. in ſumma. de homi. §. q̄ pena. Uigeſimanona regula. Si amici mei occidūt aliquē mihi iniuriātē me inuito ⁊ cōtra meā ꝓhibitionē mihi nō nocet. vt de homici. Petrus. iij. q. iij. q꞉ ꝑſulatus. Idem eſt ſi me ignorāte. de ſymonia. nobis. ⁊. c. de regularibus. Sed ſi tributa ſit. puta q꞉ non expſſe cōſenſi: nec cōtradixi imputabit. ar. de ſymonia. Matheus. immo etiā dicūt q̄daꝫ q̄ ſciēs cōtractū de morte habitū nō reuelaui: nō ſuꝫ irregularis: q꞉ homicidiū nō cōmiſi facto mandato: cōcilio: vel defenſione. l. di. ſi q̄s viduam ⁊ de homici. Petrus Alij dicūt cōtra ſi credidi q̄ nō obſtante mea ꝓhibitione mei intuitu interficeret: ⁊ hoc eſt tenēdū Nam in tali caſu tenebar reuelare illi cōtra quem contractū eſt. Trigeſima regula. Si aliq̄s vadit ad interficiendū aliquē: ⁊ tu ei ſcient cōſentias. nō tn̄ eū incitas ad homicidium ꝑpetrādū nec cū eo ſup hoc aliqua verba habuiſti: vel ſi habuiſti ſemp ex aīo hoc ei diſſuaſiſti. ſed cum nollet tibi acq̄eſcere timens de ipſo euꝫ aſſocias eo ꝓpoſito. vel ſi forte euꝫ q̄s inquireret defendas ⁊ tūc homicidium ꝑpetrat vere irregularis eſt ſm Hoſti. ad quod facit de homi. ſicut dignū. §. illi. q̄ Trigeſimapria regula. Clericus miniſtrans arma pugnantibus ſi aliq̄s interficitur irregularis eſt ar. xxiij. q. j. Niſi bella c. fi. noīe aūt armoꝝ intelligunt fuſtes lapides ligna ⁊c. Trigeſimaſecūda regula. Iudex eccl'iaſtic⁹ pōt hortari brachiū ſeculare ꝯtra violātes ⁊ hereticos vel paganos: non vt occidat vel mutilet: ſꝫ vt de terris fidelīū expellant. nec etiā eſt irregularis ſi aliq̄ hincinde ſunt occiſi. xxiij. q. v. de occidēdis. ⁊. xxiij. q. iij. maximianus. immo ſm In. de homi. petitio lꝫ aliq̄s in bello iuſto aliq̄s percuſſerit: ſi tn̄ inde nullus eſt mortu⁹ nō fit ex hoc irregularis. Idem ſi q̄s accedit ad bellū iuſtuꝫ cauſa pacificādi vel ex alia iuſta cauſa: lꝫ ex eius ꝑſentia aliq̄d robur accreſcit ſuis. vel timor incutiat aduerſarijs non eſt ſibi imputandū dummō dolus ⁊ etiam lata negligētia abſit oīno ſm vvilhelmū. Trigeſimatertia regula. Clericus q̄ intereſt iuſto vel iniuſto bello in armis vel ſine armis ſi aliq̄ ſunt hincinde interfecti irregularis eſt: lꝫ ipſe nō occidat. lj. di. ſi q̄s. xxiij. q. iij. porro. xxiij. q. vi. q̄cunq̄. i. q. j. ca. fi. Trigeſimaq̄rta regula. Clericus defendens ſe vel ſuos: licet tūc ex defendentibus aliq̄s interfectus eſt ex aliqua parte non eſt irregularis: vt illi qui non interfecerunt nec interfectores qui adiuuabant ſunt irregulares licet voluntatem occidendi habuiſſent: q꞉ lex ꝓmotionis factum requirit. xv. q. j. ſi quis non iratus. Trigeſimaquinta regula. Clericus in bello iuſto quod nō ad occidēdum: ſed ad defendendum geritur miniſtrans ſagittaꝫ baliſtario ſuo ad ſui defenſionē. ſi ille baliſtarius aliquē interfecerit. ſꝫ ille clericus nō intendebat q̄ ipſe aliquem interficeret: ſed q̄ illos detinuiſſet ⁊ ſua defendiſſet aut recuperaſſet non eſt irregularis ſm vvilhelmum. Idem

dicit d illo q̄ in bello iuſto ꝑpoſitus fuit exercitui ꝛ ſumptus facit ꝛ cuncta diſponit: ſi forte eū cōtingat lanceas vel ſagittas emere ꝛ miniſtrare ꝛ ad exercitū vel ad cuſtodiā caſtri mittere. vel ſi hortatur ad currendum poſt hoſtes vt eis ꝑda hominuz vel aialium auferatur. ꝛ tūc forte aliqs interficeretur: dūmō ſolum intēdit ad recupationē ꝑde nō ad vindictā. talis em̄ cauſa remota nō nocet. Trigeſimaſexta regula. Qui mulieri facit ne cōcipe vl' generare vel poſt cōceptū parere pōt ꝛ q̄ pregnantē mulierem ꝑcutit. ita q̄ facit abortiuuz ſi fetus iam fuit viuificatus irregularis eſt ſed ſi nōdum fuit viuificatus: ſoluz mortaliter peccat. de homici. Si aliqs. ij. q. v. cōſuluit vel ſi ꝓbabil'r dubitat vel credit an ſit mortuus vl' viuus fetus ex illa ꝑcuſſione: vel vtrū cōceptus fuit aiatus vel non. in tali dubio dz a ꝓmotiōe ꝛ a miniſterio abſtinere: nec periculo ſe cōmittere. Si vero leuē vel temerariam hz opinionem deponat eam ſi pōt. ꝛ ſic poterit promoueri ꝛ adminiſtrare. alias nō ar. de ſen. ex. inquiſitio ꝛ de ſymonia ꝑ tuas. ij. Trigeſimaſeptima regula. Lz clericus aliquē occidēs ꝑ defenſione rerū ſuarū irregularis ē. de homici. ſuſcepimus. vbi dr poſt tunicam relinquēdum eſt pallium ꝛ melius eſt rerum iacturam pati q̄ ꝑ ſeruandis vilibus rebus ac trāſitorijs acriter in alios exardeſcere. Clericus tn̄ pſonam ꝓpriā defendendo neceſſitate ineuitabili repellēs vim vi cū moderamine inculpate tutele ꝑcutiens aliquē ſi inde mors ſequitur non imputatur ei: vt notatur d homi. ſignificaſti. ij. ꝛ. iij. c. īterfeciſti. Unū dicit Ar. xxiij. q. iij. c. j. q̄ cleric⁹ etiā interficere pōt vt non interficiatur. arg. de fur. c. iij. dum tn̄ hoc faciat ꝑ pſona ꝓpria. Hodie expſſe in cle. ſi furioſus. de homicidio. ꝛ dico pſonam ꝓpriā. nā ſecus eſt ſm Jo. an. ī nouella ſup cle. ſi furioſus. de homici. ſi nō valens euitare mutilationē lz mortem poſſet euitare mutilauit vel occidit aliquē inuaſorem. ꝛ idez ſi aliter nō valens ſaluare res ſuas eū occiderit q̄ deportare volebat. ſecus etiā ſm glo. dicte cle. ſup. vero. ſuo de illo q̄ occidit illum q̄ occidere volebat pr̄em filiū cōiugē vel pſonam coniunctā quā aliter iuuare non potuit. Qd' putat Jo. an. q̄ſi caſus ille nō includatur ſub neceſſitate ineuitabili. Intelligitur aūt neceſſitas ineuitabilis ſm Jo. an. ibidē ſup. vero. non valens vt qr inangulatus erat. vel ſic artatus q̄ fugere nō poterat: nec clamore iuuari. Intelligitur aūt cum moderamine inculpate tutele ſi fiat ex incōtinēti nō ex interuallo: ꝛ cauſa defenſionis nō vltiōis: ꝛ ſi equaliter ſe dfendat ſicut infeſtatur. vt ſi gladio ꝑcutitur. ꝛ ip̄e gladio ꝑcutit. vel ſi ligneo baculo ꝛ ip̄e econuerſo baculo aut ferreo baculo ꝑcutitur ꝛ ip̄e ecōuerſo ne amplius ꝑcutiatur ad mortē Si aūt ꝑcutiatur paruo ligneo baculo a q̄ non timeatur mors vl' depilatur vel ꝑ veſtem trahitur ꝛ ipſe repcutiēs ferro occidit ſuum inuaſorē irregularis eſt qr nō eſt moderamen inculpate tutele. debuit em̄ ſe moderate tenere ꝛ non exceſſiue vltra violentiam ſibi illatā. aut ſi ꝑcuſſus ē ſemel ꝛ ſic dimiſſus eſt. nec vlterius ſe cre-

dit percuti ſi etiaz incõtinenti reper cutit ⁊ occidit irregularis eſt. Nam nõ debet occidere inuaſorem ex quo ab eo nõ credebat ſe occidi. vnde ex ceſſit in moderamine qꝛ pro vna pcuſſione non letali occidit. Hec oĩa colliguntur in glo. ſignificaſti. ij. de homici. Trigeſimaoctaua regula. Prelatꝰ ſpũalis habẽs iuriſdictionem tẽporalem in ſuo dñio ſi fur vel latro deprehẽſus in furto vel maleficijs adducit ad preſentiã eius ⁊ petitur puniri iuxta condignuz ſui exceſſus. nõ debet iſpe perſonaliter de hoc cognoſcere: iudicare aut ſententiare. ſed debet hoc cõmittere ſuo pcuratori: dicendo iſta verba. Fiat iuſticia. generaliter nõ deſcẽdẽdo ſpecialiter qua morte ſit moriturus ne clerici vel monachi. cap. vlti. lib. vj. Nec per hoc etiam eſt irregularis ſi ſequatur ſanguinis pena. vnde põt fieri ſpecialis cõmiſſio ſuper tali caſu: ſed non expreſſa pena ſm Goffredum. idem tenet nouellator in dicto ca. vlti. li. vj. Dicit tamẽ nouellator in nouella ibidem ꝙ ſi epus vel prelatus mandat notario ſuo vt in tali caſu ſcribat cõmiſſionem procuratori epi: vt ſuper his faciat iuſticiaz alijs notarius eſt irregularis: quod probat ex eo quia talis nõ habet facere quicꝗ̃ ex officio ſue iuriſdictionis. quod requirit illa decretalis. ſit ergo epus cautus vt non iniſciat laqueum clericis: Unde cõmittat iſtã iuriſdictionem laico per ſeipm ĩmediate et per alium laicũ. non autem per clericuz. Et ſcias ꝙ hoc non ſolum veritatem habet in prelato habente iuriſdictionem tẽporalem ratione beneficij ſed etiam ratione patrimonij ſm nouellatorẽ ibidem. et qđ plus eſt: dicit idem ꝙ ex quo clerici tales cauſas ſine metu irregularitatis poſſunt alijs delegare. ſatis videtur ꝙ ſi laicus talem iuriſdictionem habẽs ſed probabilẽ. cauſas ſanguinũ criminat poterit hoc non obſtante ordinari. quia non fit irregularis ea ratiõe. Caueat ergo prelatus cũ interrogatus fuerit a iudice ne reſpõdeat malũ eſt ſi ille malefactor remanſerit impunitus. Nam tunc eſſet irregularis vt de exceſ. prela. ex lrĩs. Trigeſimanona regula. Si iudex habẽs latronem captum querit de aliquo perito quid debeat fieri de tali et ille reſpõdet talem eſſe morte puniendũ vel ſimile. iudex autem ſecutus eius conſiliũ latronem punit ad mortẽ irregularis eſt cõſulens quia fuit in culpa in caſu qui de facto nõ erat rñdendus vt de exceſ. prela. ex litteris. ſi tñ nõ eſt caſus de facto ſed iudex querit ſimpliciṫ qualiter ſint tales puniẽdi. ⁊ clericus reſpõdet ꝙ ad mortẽ vel ad ſanguinẽ. ſi rñdens rñdet ſm verã iuris ſniam vt exptus iuriſconſultus nõ eſt irregularis. ⁊ maxime ſi extra iudicium vt dicit glo. in dicto. c. ex lrĩs. Si autem errans in iure dixit cum tamen aliter iura diſponant. irregularis ẽ. vt colligitur per vvilhelmũ in ſpeculo. ti. ij. § iuxta propoſitionis. Si autem non reputaṫ iuriſconſultꝰ interroganti reſpõdet non vt iuriſconſultus: ſed ſimpliciter. dicit quid de talibꝰ ſentiat. nec preſumit ꝙ iudex eius ſequatur reſponſionem non eſt irregularis ex quo nõ reſpondet ad

caſum q̃d ſit de facto. Naz ſi cõſule- ret ad caſuz de facto irregl'aris eſſet ſm Raymunduz. Quadrageſima regula. Suſpenſus ab officio cele- brando fit irregularis. vt. xj. q. iij. ſi quis damnat⁹. ⁊. ca. ſi quis eṗs. in conſilio. Et licet illi canones loquũ tur de excõmunicato ſcienter ⁊ in cõ temptũ clauiũ celebrante. hodie ta- men idem irregularis eſt in ſuſpen- ſione a diuinis. vt de re iudi. cũ eter- ni. ⁊ de ſen. excõi. cum medicinalis. li. vj. ⁊ in hoc caſu ſolus papa diſpẽ ſat vt notauit vvilhelm⁹ in ſpeculo. ti. ij. §. nũc de epoꝝ ṽ. eſt inquam. Suſpenſus aũt a beneficio tantum nõ fit celebrando irregularis: quia hoc nullo iure cauetur ſm Innocẽ. de elec. cũ in cunctis. §. clerici. ⁊ ca. ſtatuim⁹. de conceſ. prebẽ. qꝛ diuer- ſitatem. Minori quoqꝫ excõicatiõe propter participationem excõmuni cati in locutione vel ſimilibus liga- tus. licet celebrãdo grauiter peccet: non tamẽ efficit̃ irregularis. qꝛ hoc nullo iure cauet̃ ſꝫ Inno. imo ſi me dio tẽpore poſtq̃ꝫ cõmunicat excõi- cato celebrauerit bene poteſt penitẽ tia peracta ſine pape diſpenſatione celebrare vt de cle. excõi. minis. cap. ſi. xj. q. iij. ſi quis preſbiter. Inno. tñ ⁊ Hoſtiẽ. dicunt ꝙ tales non propt̃ ſuſpẽſionem a iure celebrare prohi- bent̃ cuz non ſint ſuſpenſi a iure nec ſuſpendẽdi ſed ſolũ propter peccatũ prohibent̃ cum fuerint ſuſpenſi quo ad deum a ſacramentis ⁊ a promo- tione. ſi eñ a iure ſuſpenſi eſſent cele brando fierent irregulares. per. ca. cum eterni. de re iudi. lib. vj. Et de ſen. excõica. cum medicinalis eodẽ li. vj. Ex quibus om̃ibus hoc colli- gitur ſm abbatẽ in diſtinctionibus ſuis. ⁊. ca. ſi celebrat ⁊c̃. de cle. excõ. minis. ꝙ celebrans in mortali pecca to non incurrit irregularitatez poſt pniam ⁊ reconciliationem obtẽtam ſuper peccato mortali vel excõmuni catione minori ex q̃bus celebrãs po terit ſine aliqua diſpenſatiõe ſupio- ris celebrare nec obſtant noua iura ſcilicet. cap. cum eterni. de re iudi. ⁊ cap. cum medicinalis. de ſen. excõi. li. vj. que loquuntur de illis qui ſunt ingreſſu eccleſie priuati: ⁊ a diuinis ſuſpenſi quod non eſt in iſtis. cuz iſti nec ingreſſu eccl'ie ſunt priuati. nec etiam a collatione ſacramentorum ſed ſoluz a perceptione ſunt ſuſpen- ſi. Quadrageſimaprima regula. Notorius fornicator a iure ſuſpen- ſus celebrans nõ fit irregularis ſm vvilhelmum in ſpeculo. ti. ij. §. iux- ta propoſitionis nec obſtat ꝙ qui- dam dicunt quodlibet peccatuz no torium facit hominem irregularem vt de tempo. ordi. ca. queſitum. hoc eniz verum eſt ſi ibi non intelligitur irregularitas talis que requirit pa- pe diſpenſationem. Unde dicit ab- bas vbi ſupra ꝙ in illa irregularita te quaz quis incurrit ex notoria for nicatiõe ⁊ in tali celebrat poteſt epi- ſcopus diſpenſare poſt penitentiaz: per. c. ac ſi. de litis conteſ. Et ita ho die ſeruatur. et q̃uis quidez nimis rigidi. vt Hoſtiẽ. ⁊ Inno. dicũt con- trariuz tamẽ non ſunt audiẽdi: qꝛ q̃ nimis emũgit elicit ſanguĩez iiij. di. deniqꝫ. Nec aduertas rõnẽ illã qua dicũt. Omnis ſuſpẽſus ab officio ꝑ canonẽ celebrando fit irreglaris: vt

dr in.c.cū clerici.de re iudi.⁊.c. me
dicinalis.de ſen.ex.li.vj.ſʒ talis eſt
fornicatoꝛ notoriꝰ.vt pʒ in.c.q̄ſitū
de coha.cle.⁊ mu.⁊.xxxiij.di. ꝓpt̄
hoc ergo efficit̄ irregularis celebrā
do. Ad hoc rn̄de audacter ſm Frā
ciſcū de ſara.in.c.vr̄a.⁊.c. queſitū.
de cohabi.cleri.q̄ ſuſpēſus a cano-
ne celebrās tūc ſolū incurrit irregu
laritatē qn̄ p modū ſnīe fit a canone
ſuſpēſus. vt in dicto.c.cū eterni.li.
vj. Sic aūt nō eſt in fornicatore no-
torio ⁊ ſymoniaco: qꝛ nō p modum
ſentētie ſʒ enūciatiue dicuntur a ca
none q̄ ſint ſuſpēſi.vt pʒ in.c.q̄ſitū
de cohabi.cleri.ergo celebrādo nō
fiūt irregulares.de ſen.ex.li.vj. Te
ne ergo ſm Franciſcū q̄ ſi in cano-
ne dr penā imponēte q̄ talis ſit ſu-
ſpenſus ab officio.vl' dr ſuſpēdimꝰ
talē ab officio ſi hoc fecerit.tūc tali
ter ſuſpenſus celebrās fit irregula-
ris.vt in dicto.c.cū eterni. Sʒ ſi dr
in canone penā approbāte vel enū-
ciante ſeu recitāte aliquē eſſe ſuſpē-
ſum: ſicut dr de fornicatore notorio
in.c.queſitū. vbi tn̄ recitat notoriū
fornicatorē eſſe ſuſpēſum. talis cele
brādo nō fit irregularis. Pro iſto
dicto eſt famoſiſſimus ille doctoꝛ
Guido de bayſio: archidiaconꝰ nū
cupatus.xxxij.di.ad hec vero. vbi
ipſe notat in fine glo.q̄ incipit iſtud
intelligit.q̄ notoriꝰ fornicatoꝛ non
eſt pn̄cipaliter ſuſpenſus a canone:
ſʒ a deo.qd̄ patet ex eo: qꝛ q̄cito pe
nitet licite celebrat.de coha.cle.ca.
vlti.licet in odiuʒ criminis p cano-
nes aliq̄d ſit additū quo ad vitatio
nē eoꝝ.vt ſcʒ nō audiant̄ ab eis di-
uina.vt in.c.vr̄a.⁊ i.c.tua de coha.
cleri.xxxij.di.nulla.⁊.c.p̄ter hec.et
hoc ſm Inno. Licet aūt Hoſti.no-
tauit ꝯtrariū in ſpeculo.ti.ij.§.iux
ta ꝓpoſitiōis.et.§.nūc de epoꝛuʒ.
v̄ſu.xxvj.⁊ hanc viā tanq̄ mitiorē
puto cōplectendā. Quadrageſima
ſecūda regula. Suſpēſus a canone
nō ꝓpter crimē: ſed ꝓpter aliquem
defectū.vtputa illigitime nati ⁊ coꝛ
poꝛe viciati nō incurrunt nouā irre
gularitatē ſi ante obtentā diſpenſa-
tionē celebrāt ſm vvilhelmū in ſpe
culo.ti.ij.§.iuxta ꝓpoſitionis. v̄.
porro.⁊ idē notat̄ p Archi.lvj.diſt.
apoſtolica in principio. ⁊ hoc ſuat
curia.qꝛ qn̄ diſpenſat cū talibꝰ ſim
pliciter diſpenſat ſup defectu nulla
facta mētione de irregularitate: q̄a
nullā incurrūt.lvj.diſt.aplica. et.c.
cenomanēſem de filijs p̄ſbiteroꝝ.
veniēs. Ideo dicit intelligendū eſſe
ſpeculatoꝛ de illis q̄ ꝓpter infamiā
ſuſpēſi ſunt a canone. ſicut ſunt illi
quoꝝ crimina ſunt notoria: ⁊ q̄ etiā
poſt peractā penitentiā celebrare ꝓ
pter ſcandalū ⁊ infamiā ꝓhibētur:
vt in.c.fi.de coha.cleri.⁊ mu. et de
homicidio.ex lr̄is.c.fi. ⁊ tn̄ ante di
ſpenſationē celebrādo nouā irregu
laritatē nō incurrunt. qꝛ hoc nō in-
uenitur iure cautū. ſm vvilhelmuʒ
in ſpeculo vbi ſupra.⁊ archi.lvj.di.
aplica.⁊c. Quadrageſimatertia re
gula. Suſpēſus a cōfeſſionibꝰ au-
diendis celebrās ante recōciliatio-
nē nō efficit̄ irregularis ſm vvilhel
mū. qꝛ hoc nō inuenit̄ iure cautuʒ.
xj.q.iij.§.euidēter. De hac ſuſpen
ſione habet̄.xxvj.q.j.et.v.q.vj.per
totū. Quadrageſimaquarta regl'a.
Recipiens beneficiū in irregulari-

tāte: impetrata abſolutiōe ſuper irregularitate nō indiget alia diſpēſatione ſup bñficio obtēto. ſm Raymundū ꝛ vvilhelmū in ſpeculo. Caueat tñ quilibet ne in pctō mortali vel ſuſpenſione beneficiū recipiat. vñ ſecuri⁹ eſt vt talis cōfiteaꝛ ante receptionē ne collatio ſit vicioſa ſꝫ vvilhelmū in.c.ſi celebret. de cleri. excō.mini. Licet hoc ſit ꝑdurū eſt tñ verū ꝓpter rationē ibi poſitā. qꝛ ſcilicet eligi nō poteſt in pctō mortali ad illa a quoꝝ perceptiōe a ſanctis patrib⁹ eſt priuatus. Verūtamen abbas ibi moderaꝛ hoc dicēs ꝙ ſi cui exiſtenti in occulto collatū ſit ſed ip̄e recipit illud poſt peractā penitentiā poterit retinere. allegat de tēpo.ordi. queſitū. de ſen. excō. c.vltimo. Sed ꝓpter peccatū enorme. vtputa ꝓpter homicidiū ipſo iure ꝑdat beneficiū. vt notaꝛ ꝑ Archidi.l.di.ſtudeat ꝗ incipit in glo. hic diſpenſat vbi dicit gloſa: ꝗa de iure debet eo carere. qꝺ exponit archidiaconus ꝑ ſententiā nō ipſo iure. Nam homicidiū nō inducit ipſo iure priuationē beneficij ſm Berñ. cōpoſtellanum ꝗ ita notauit. de electione ꝙ ſicut.in gloſa.j.§.ſi vero. ꝟ.alia aūt. Et idem ſentit Inno. dicens: ꝙ in homicidis irregularib⁹ cadere pōt ius cuiuſꝫ dignitatꝭ: qꝛ etiā iuſte habent eā: ſi cū eis fuerit diſpenſatū. Et etiā ſine diſpēſatione iuſte tenēt predicti dignitates ſuas quouſqꝫ renūcient vel deponāt: ſm Inno. qui ita notauit de exceſ. prela. cū in principio. Cōtra tamē iſtud dictū faciūt multa iura. vt de cleri.pugnan. in duello.c. henric⁹. in fi. Item.lv.diſt.ſi euangeliſta.ꝟ. in loco cū diſpenſatio requiratur vt homicida beneficiū recipiat. videꝛ ſecus de iure cōmuni. Itē cū homicida miniſtrare nō poteſt: etiā poſt penitentiā ſine diſpenſatione. de tē. ord. quo ſuſpenſus eſt a bñficio qꝺ datur ꝓpter officiū. ꝛ ſic etiā accedit.lxxxj.diſt.eos.et notatur de cōſuetudine.cū dilectus.in glo. ſuſpēſus eſt. Tu dic breuiter ꝙ hic nulla eſt cōtrarietas. Nam Bernar.et Inno.intelligunt ꝙ homicida iuſte tenet ꝛ recipit beneficiū quouſqꝫ deponitur ꝑ ſententiā. Iura autem in contrariū inducta dicunt ꝙ debet carere et priuari bñficio de iure: ꝗa de iuris rigore eſt inhabilis ad illꝺ Non tñ hoc negat quin hoc fiat ꝑ ſententiā: ꝛ ſic idem ſentiunt. Quadrageſimaquinta regula. Preſbiter excōicatus vel ſuſpenſus ſimpliciter ab ordinib⁹ ſuis adminiſtrās in ordine accolitatus efficitur irregularis ſm vvilhelmum. Secus ſi tantū a miſſaꝝ celebratione fuerit ſuſpenſus. Quadrageſima ſexta regula. Clericus in minoribus cōſtitutus excōicatus miniſtrans ſacerdoti ad altare portando aquam: lumē ꝛ alia ſimilia nō eſt irregularis: ſm vvilhelmū. Idem putat de preſbitero diacono ꝛ ſubdiacono. Ratio: qꝛ iſta nulli ordini ſunt annexa: cū ꝛ ꝑ laicos litteratos expediunꝛ. Quadrageſimaſeptīa regula. Epiſcopus ſuſpēſus a pōtificalibus celebrādo in eis nō fit irregularis: qꝛ pōtificalia nō ſunt de ſubſtātia ſm vvilhelmū. Quadrageſimaoctaua regula. Suſpēſus ab ingreſſu eccle

ſi in ea celebrat irregularis ē: ⁊ ſi in
tali ſuſpenſione decedit nō ſepelitur
in cimiterio. vt de ſentētia excōmu-
ni. is cui. li. vj. Notat tñ nouellator
in nouella ꝙ pōt in eccl'ia audire di-
uina ſine metu irregularitatis. ſed
nō ſine pctō. licet Hugo ⁊ Raymū-
dus aliud notauerūt quorū opinio
refutat̃ ꝑ modernos. Quadrageſi-
manona regula. Excōicatus vel ſu
ſpenſus baptizās ſolēniter in ſuper
pellicio et ſtola publice irregularis
efficit̃ ẜm vvilhelmū Secus ſi alit̃
ſcʒ ſimpliciter baptizat: ⁊ maxime i
neceſſitate. Quinquageſima reg'la.
Quicūqꝫ nō poteſt ꝓmoueri ad or-
dines ſine diſpēſatione nec etiaʒ ad
honores. ⁊ quicūqꝫ ē illegibilis irre-
gularis eſt ẜm vvilhelmū. Idē intel
lige de om̄ibus caſibꝰ q̄ impediunt
promouēdos vel deijciūt iaʒ ꝓmo-
tos: vel qui penā depoſitionis merē
tur. Vñ regulare eſt ꝙ q̄cūqꝫ poſt ꝑ
actam pn̄iam nō habēt ordinis exe
cutioneʒ irregulares ſunt: ſicut ho-
micide. l. diſt. §. j. erga. de ſymonia.
tāta. Itē excōicatꝰ interdictꝰ ſuſpē-
ſus in contēptū clauiū ſe faciens or-
dinari. de ſen. excō. cū illoꝝ. Item ſi
etiam preſumit celebrare. xj. q. iij. ſi
quis. de vi. ⁊ ho. cle. vt clericoꝝ. §. ſi
q̄s igit̃. Iteʒ violās interdictū. de ex
ceſ. prela. tanta. Iteʒ falſariꝰ littera
rum pape. de crimine falſi. ad falſa-
riorum. §. j. talis tñ ẜm Inno. ſi oc-
cultus eſt poſt abſolutionem ⁊ peni
tentiaʒ pōt ordinari: q2 nullo iure ca
uetur ꝙ ſit infamis ipſo iure. Item
hereticus de purgatione. ca. inter ſo
licitudines vel exhibētes hereticis
ſacramenta de hereticis excōicatis
. §. ſi vero. Iteʒ ſodomita. de exceſ.
prela. clerici. Itē preſbiter denudās
confeſſionem. de pe. ⁊ remiſ. om̄es.
cap. fi. Item incorrigibilis in cōtu-
macia ꝑſeuerans. de dolo ⁊ ꝯtu. ve-
ritatis. §. fi. Item notoriū crimē de
iure vel facto: de tē. ordi. ca. fi. Item
vtens officio aſſaſinoꝝ vel defendēs
receptans occultans eos. licʒ mors
non ſequat̃ inde. de homici. pro hu-
mani. li. vj. Itē apoſtata. de apoſta-
tis. ca. fi. Item ſciſmaticus. de ſciſ-
maticis. ca. j. Itē intruſus volunta-
rie per ꝑtātem ſecularem. vij. q. j. fa-
ctus de elec. quiſquis. Iteʒ om̄e cri-
men q̄d ipo facto inducit infamiam
ciuileʒ. ij. q. vij. §. porro. Item infa-
mia deſcēdens ex delicto per ſenten-
tiam declarato: q2 pena poteſt demi
culpa permanēte. ij. q. iij. §. hic col-
ligitur. Infamis eñ eſt irregularis:
ſiue infamis ſit iuris ſiue facti. vt de
accuſa. ꝯs. de teſtibus. teſtimoniū
Quinquageſimaprima regula. Ex
cōmunicatus maiori excōicatione
ſiue ab homine ſiue a iure l ſcienter:
durante excōmunicatione celebrās
ſemꝑ fit irregularis. et eſt deponen-
dus de cle. excōica. miniſt. latrones
ſecus ſi ignoranter. vt eo. ti. ca. apo
ſtolice. Si aūt dubitaret ꝓbabiliter
de ſententia excōmunicationis pre-
ſertim qñ conſcius eſt de culpa ſua
propter quā iuſte potuit excōmuni-
cari: neſcius tamē exponit ſe diſcri-
mini ⁊ celebrat cū ſit excōmunicatꝰ
irregularis eſt ⁊ indiget diſpenſatōe
pape ẜm vvilhelmū. vt in dicto ca.
apoſtolice. Craſſa aūt ignorātia in
talibus iudicat̃. vt ſi citatus perem
ptorie nec iuit: nec miſit ad terminū

⁊ ſic celebrat. licȝ nihil de excōmunicatione ſciat. Circa premiſſa ſciēdū ꝙ ſuſpenſus a iudice ſiue ad certaȝ diem ſiue perpetue ſiue quouſqꝫ peniteat ſemper ſi celebrat eſt irregularis: quia talis non deberet celebrare niſi pri⁹ ſentētialiter abſoluatꝛ ſicut ſententia ſuſpenditur. In vltimo tn̄ caſu quidam contradicūt. vt. lj. q. v. preſbiteris. vbi dꝛ ꝙ talis ad arbitrium ſuſpendētis facere debet. et ſi an̄ abſolutionem celebrat irrrgularis ē et idem de re iudica. dilectus. de exceſ. prela. apoſtolice. Suſpenſi vero a deo. vt ſunt oēs pctōres celebrantes in peccatis nō fiunt irregulares licet peccent: niſi celebrarent in criminalib⁹. vt in homicidio: in ſymonia: ⁊ ſimilibus. ⁊ quibus etiaȝ acta penitētia executio iterdicitꝛ vt ſupra dictum eſt. Suſpenſi autem ab officio a canone propter crimen ſi celebrant irregulares ſunt. Et hoc intellige ſi ſuſpenduntur a canone penaȝ imponente: nō autem approbante. vt in cap. cum eterni. de re iudica. li. vj. quia etiaȝ in minori excōmunicatione exiſtentes ſuſpēſi ſunt a canōe nō imponente penam ſed approbāte. ⁊ q̄ƈito penitet poteſt celebrare. de ſe. ex cō. nuper. vn̄ potius dicitur ſuſpenſio dei q̄ȝ canonis ſm vvilhelmū. Et nota ſm Johēm anď. in cle. j. de decimis. in glo. ſuper. ℣. donec. ꝙ cum aliquis ſuſpenditur donec ſatiſfecerit ſufficit iudicis declaratio ſuper ſatiſfactione ſine alia abſolutione. In excōmunicatis vero eſt neceſſaria abſolutio poſt ſatiſfactionē Cōcordat hoc glo. Joh. anď. in ca. ſepe quia. de elec. lib. vj. ſuper. ℣. donec plene. vbi dicitur ꝙ illi qui occupant bona eccleſiarum vacantium. ⁊ ea diſtrahunt. tandiu ſunt a beneficijs ⁊ officijs ſuſpenſi donec ea plene reſtituerint. ipis autem reſtituentibus ipſo iure ſine alia ſnīa reſtituti erunt: vt notauit Joh. an. lxxxj. di. ſi q̄. Preterea ſciendū eſt ꝙ ſm glo. xxvj. di. deinde. infamia ⁊ irregularitas ꝯtracta an̄ baptiſmū tolliꝛ poſt baptiſmuȝ. ⁊ hoc ſi prouenit ex proprio delicto. qꝛ dona baptiſmi ſunt ſine omī penitētia ⁊ ſatiſfactione: vt de ꝯſe. di. iiij. ſine. Si em̄ pctm̄ non deletur q̄ƫum ad infamiam: adhuc poſt baptiſmuȝ obeſſet. quod negat Ambro. xxvj. di. vna. vnde ſi aliqs occidit mille homines ante baptiſmum. omnis infamia ⁊ irregularitas tollitur. vt. lj. diſti. ſi quis poſt acceptum. vt patet de paulo qui ante baptiſmuȝ fuit homicida ⁊ tamē poſtea factus eſt apoſtolus. vt. l. di. ꝗ. econtra. Huic tamen dicto aduerſantꝛ doctores. Nam arch. di. in dicto. ca. deinde dicit ꝙ bn̄ infamia ex quo nō deſcendit niſi ex peccato deletur in baptiſmo ſicut ⁊ peccatū ſed nō irregularitas que nō fundantur ſuper peccato. Unde ita irregularis eſt qui occidit cum pctō: ſicut qui occidit ſine peccato vt iudex nec clerici vel monachi. cap. ſententiam et bigami: ⁊ corpore viciati. ⁊ ita ipſe Innocentius notauit de diuortijs. Gaudemus. Ipſe tamen notauit. de homici. preſbiteruȝ. ꝙ homicidium ante baptiſmum ſiue ex officio: ſiue ex voluntate fecerit homicidium nō eſt poſt baptiſmum irregularis: quia om̄is ſequela pcti deleta

eſt. Sed Goffredus de conuerſione īfideliū.c.j.notauit q̄ pctm̄ ⁊ ſeque la peccati bene delentur ī baptiſmo ſed non defectus ſiue impedimentū Prima via cōmuniter approbatur Speculator tn̄ in titulo de diſpenſa tionibus.§.iij.ver.is autē videtur declinare ⁊c̄.

## Cautele circa predicta ob ſeruande.

Prima cautela ē. Ep̄s ⁊ q̄libet iudex nō pōt neq̄ꝫ dꝫ excōicare vni uerſitatē vel collegiū Et hoc ideo ne inno centes puniant̄ cū nocentibuſ. vt di citur in.c.romana de ſen.excom.li. vj. Interdici tn̄ poſſunt innocentes cum nocentibus. de ſponſalibus. non eſt. Et hoc ideo. quia ibi nō eſt tantum p̄iculuꝫ aīe ſicut in excōica tione que eſt eterne mortis damna tio: per quam quis traditur ſatha ne. vt ſupra dicitur. Secunda caute la. Caueat iudex ne ferat ſententiaꝫ excommunicatiōis niſi p̄miſſa mo nitione. ſi tn̄ hoc fecerit: licet ſenten tia ſit iuſta. ſed tn̄ punit̄ lator pena c.ſacro. de ſen.ex. ſ. ſuſpenſione ab ingreſſu eccl'ie infra menſeꝫ. Tertio caueat ne ferat ſn̄iaꝫ excōicatōis ſu ſpenſionis vel interdicti pro futuris delictiſ. puta ſi tale quid fecerit. nec pro p̄ntibus ſub ea forma: ſi de illis infra talē terminū minime ſatiſfece rit. vt in.c.romana de ſen.ex.lib.vj. Vn̄ ſ̄m Joh.an.ī nouella ſup dicto ca. valde ridiculoſum eſſet ſi diceret p̄latus. excōmunico petruꝫ ſi furtū fecerit. ſi adulteriū cōmiſerit: cuꝫ tn̄ ad talia paratus ſum vel ſuſpectus ſi tn̄ mora cauſa vl' culpa p̄ceſſit. bn̄ pōt excōicari ſub illa forma. Exem plū vt q̄ꝛ de mora condēnatus ī acti one p̄ſonali nō ſoluit infra quattu or mēſes vt debuit. poſtea iudex dꝫ p̄cipere vt ſoluat infra certū tp̄is ali as ſit excōicatus. hic em̄ mora p̄ceſ ſit. Silr̄ de culpa: vt q̄ꝛ negligentes fuerunt clerici in diuis officijs dicē dis: poterit iudex dicere. Excōmu nico oēſ q̄ nō interer̄t canonicis ho ris. hic em̄ culpa p̄ceſſit. Silr̄ de of fenſa: vt in cōiugato q̄ tenuit concu binā ſeparet̄ ab ea ne excōmunicet̄ ſi vlterius redeat ad ip̄am. Alias p̄ ter iſtos caſus iudex nō dꝫ ferre ſen tentiā excōmunicatōis ſub certo ter mino ⁊c̄. vnde male faceret ſi ſtatim poſt cōdemnationē factaꝫ in p̄ſona li iudex p̄ciperet infra certuꝫ tēpus ferendam ſentētiam excommunica tiōis. cū tn̄ nō preceſſit mora. Et in hoc ſepiſſime iudices noſtri tp̄oꝛis excedūt modū. Ideo hec dixi p̄ ge nerali doctrina. Circa diſpenſatio nē p̄dictarum cenſurarum eſt ſcien dum q̄ lꝫ ſ̄m quoſdā doctores epi ſcopus non pōt diſpenſare ſup irre gularitate ⁊ alijſ defectibus niſi vbi exp̄ſſe ſibi a iure p̄mittit̄ ſ̄m vvilhel mū nazonem Goffredū Johēm de deo ⁊ Inno. Alias ſ̄m iſtos ep̄s di ſpenſans in caſib⁹ ſibi a canone ex p̄ſſe non p̄miſſis. videt̄ impugnare canones vl' eos tollere. Tu tn̄ dicas q̄ vbicūq̄ꝫ expreſſe a ca nonibus po teſtas diſpēſandi nō p̄hibetur epiſ. epi poſſunt diſpēſare. Et hoc dictū p̄ doctores cōmunius approbatur Ita dicunt Johes. Laurentius

Hugo.Tan.Bern̄. vvilhelmus in
ſpeculo. ti. de diſpenſationibus.§.
nūc de epoꝝ.⁊ ille famoſiſſimus do
ctor dn̄s archidiachonus.l.diſt. de
ꝓmiſſis vbi late ꝓſeqtur iſtam ma
teriā improbando opinionē cōtrari
am q̄ etiā dicit dn̄m ſuū Hoſt. dixiſ
ſe ꝙ in his in q̄bus pctm̄ mortale ē
ſm legē diuinā ſicut in furto rapina
vt.xiiij.q.v.penale. diſpenſare non
pōt nec etiam papa vt aliq̄ dicūt. ni
ſi penitentiā agant ⁊ reſtitutio fiat.
de vſu.cum tu.⁊.xiiij.q.v.ſi q̄d.⁊.c.
multi.⁊ ea.q.vj.ſi res In his vero i
q̄bus pctm̄ mortale eſt ſm ius poſi
tiuum vt vbi eſt epiſcopis vel inferi
oribus pape interdicta diſpenſatio
nullꝰ diſpēſat niſi ſolus papa:vel is
cui ſpecialiter cōmiſerit Si vero nō
eſt interdicta poteſtas diſpenſandi.
tunc pōt.Hec archidiaconus. Pro
iſta ſententia faciunt multa iura: vt
de hereticis. excōmunicamus.§.
ſane.de ſen.ex.nup.⁊.ca.a nobis:⁊.
ca.cum illorum.⁊ de ſponſalibus cū
apud.xvj.q.j.ſunt nonnulli. ff.ex q̄
bus cauſis maiores.l.necnon.§.j.
Nam ⁊ apoſtolus dicit. Omnia mi
hi licent.xj.q.j.aliud. Et ex his ptꝫ
q̄ꝫ lata ſit poteſtas epiſcopoꝝ qꝛ om
nia poſſunt:niſi expreſſe ꝓhibeant̄.
Sunt aūt multi caſus in iure expſſi
in q̄bus eis concedit̄ auctoritas di
ſpenſandi quos licite ſcripſit vvilhel
mus in ſpeculo iuris. de q̄bus hic
ſuperſedere cenſuit ſcribētis ſeduli
tas:ſciens qꝛ epiſcopi nō egēt vt q̄s
eos doceat:ſed ipſi alioꝝ ſunt do
ctores.j.q.vj.cōuenientibus preſer
tim cū pſentis opuſculi principalis
intētio fuerit ſimplicibus ſimplicia
tradere rudimenta nō perfectis ſub
tilia:vt cum apoſtolo lac potum da
ret non eſcam paruulis. ꝓpter qḋ
etiam ſtilus eiuſdeꝫ nō indoctis aut
pſuaſibilibus humane ſapientie v̄
bis:ſed in doctrīa ſpiritus excurrit.
eo ꝙ iuxta Iſi.de ſum. bono. li.iij.
Horret ſacra ſcriptura ſpumeū ſapi
entie ambitū. Ignoſcant igit̄ docto
res ſup ſtili ⁊ materie ruditate. q̄ nō
ipſis ſꝫ ſimplicibꝰ dirigit̄. Grati ſint
ſimplices quorum ꝓfectui preſens
opuſculū deſtinat̄. Sed ⁊ ipſi reue
rēdiſſimi patres ⁊ dn̄i archiepi. epi
ſcopi:ceteriqꝫ p̄lati doctores et ma
giſtri ſi q̄ bene ſcripta in preſenti tra
ctatu inueniāt approbare dignent̄
gratioſe. q̄ v̄o dubioſa:vndoſa aut
ꝑplexa declarēt delucidēt ⁊ iterptēt
In ſup q̄ minus bene poſita fuerint
corrigant ⁊ emendent occupationi
potius q̄ꝫ ignorātie aſcribētes erro
rē. Teſtis em̄ deus eſt ⁊ angeli eius
me grauibus ⁊ arduis nō ſolū diuer
ſis:veꝝ etiā ſibiinuicē aduerſis pro
tūc occupatū fuiſſe nego cijs. ⁊ niſi
pia duxiſſꝫ manū ſedulitas niſi diue
gr̄e miſeratio aīum laceſſitū confor
taſſꝫ neq̄ꝫ naufragoſa ibecill' aī tū
ba ꝓprijs conatibꝰ ſub anhelo pec
tore ſalutarē euecta fuiſſet ad portū
Hortor poſtremo vt q̄ſq̄s iſta lege
ris mei pctōris recorderis: exorās
dn̄m vt nō ꝓ tā induſtrioſo labore
q̄ꝫ pie mētis deuotiōe ⁊ bone volun
tatis affectu q̄ cūctis xp̄i fidelibus
ꝓficere conabar mercedē ppetuā oī
bꝰ fidelit̄ i vi ea ſua laborātibꝰ ꝓmiſ
ſā largiri dignet̄ tpe oportuno.

Suſcipe completi laudes o chri
ſte laboris.
Quas cordis leti vox ſbdita red
dit amoris.
Sit merces operis oratio ſancta
legentis.
Que iungat ſuperis nos toto ro
bore mentis.

## Tabula huius tractatꝰ.

De ſacramētis in genere fo.ij.
Quid ſit ſacramentum ⁊ quot ſint fo.iij.
De ſacramēto baptiſmi fo.iiij.
Baptiſmus quomodo diffiniatur fo.iiij.
Quod triplex eſt baptiſmus fo.v.
De baptiſmi accñtibus fo.v.
De cautelis circa hoc ſacramētum ſeruandis fo.vj.
De cathecismo ⁊ exorciſmo fo.vij.
De modo baptiſandi fo.viij.
De ſacramento confirmationis folio.x.
Que ſunt de ſubſtātia huius ſacramenti fo.xj.
De accidentibus circa ſacramentū cōfirmationis fo.xij.
Cautele huius ſacrī fo.xij.
De ſacramēto euchariſtie.fo.xiij.
De credendis circa hoc ſacramentum fo.xv.
De cautelis ſeruandis circa hoc ſacramentum ex parte ſumentium folio.xvj.
De cautelis ſeruandis ex parte ſacerdotis hoc ſacramētū conferētis vel cōficientis fo.xix.
De ſacramento penitentie.fo.xx.
De cōtritione q̄ eſt prima pars penitentie fo.xxiij.
De confeſſione nūc ſequit̄ fo.xxiij.
De modo audiendi confeſſiones fo.xxiiij.
De caſibus ad papam pertinentibus fo.xxv.
Caſus epiſcopales nunc ſequuntur fo.xxvj.
De ſatiſfactione que eſt tertia pars penitentie fo.xxvj.
De penitentijs iniungendis ſm canones fo.xxvj.
De reſtitutione ablatorum in ſatiſfactione fo.xxx.
Cautele ex parte confitentis ſeruande fo.xxxj.
De cautelis ſeruandis ex parte confeſſoris fo.xxxij.
De penitentijs infirmorum ⁊ decedentium de hac vita fo.xxxiiij.
Quomodo ſacerdos ſe habere debeat erga infirmos fo.xxxiiij.
Regule quibus peccata mortalia atqꝫ venialia ſunt cognoſcenda folio.xxxv.
De ſacramento extreme vnctionis fo.xxxvij.
De ſacramento ordinis.fo.xxxix.
De accidentibus huius ſacramenti fo.xl.
De cautelis hic obſeruandis folio.xlj.
De ſacramēto matrimonij.fo.xlij.
De ſponſalibus fo.xlij.
De diffinitiōe matrimonij fo.xliij.
De impedimentis matrimonij folio.xlv.
De cautelis huius ſacramenti folio.xlvj.

De expoſitione miſſe.fo.xlviij.
De prima parte miſſe.fo.xlix.
De ſecunda parte miſſe.fo.l.
De tertia parte miſſe.fo.lj.
De quarta parte miſſe.fo.liij.
Seqnitur ſecunda pars canonis. folio.lvj.
De quinta parte principali miſſe. folio.lx.
De ſexta parte miſſe.fo.lxij.
Cautele ſeruande in celebratõe miſſe.folio.lxiij.
De dicendis horis canonicis. folio.lxiiij.
De modo dicendi horas canonicas.fo.lxvij.
Cautele in dicendis horis canonicis ſeruande.fo.lxix.
De excommunicatione.fo.lxx.
De effectu excõicatõnis. fo.lxxiiij.
De participatione cum excommunicatis.fo.lxxv.
De ſuſpenſionis ſentẽtia.fo.lxxvij.
De forma ferende excommunicationis.fo.lxxviij.
De eccleſiaſtico interdicto qualiter ſit obſeruandum.fo.lxxix.
De irregularitate.fo.lxxxiij.
Cautele circa predicta ſeruande. folio.xc.

Finitur tractatus perutilis de adminiſtratione ſacramentorum. de expoſitione officij miſſe. de dicendis horis canonicis. deqꝫ cenſuris eccleſiaſticis canonice obſeruandis. cum ſua Tabula. Impreſſus in ciuitate Lugruñij per magiſtruz Arnaldumguillermum de Brocario. Anno dñi Milleſimo.CCCCC. tertio. Die vero.xviij.menſis martij. Deo gratias.

BIB

TOLEDO
[B]IBLIOTECA PROVINCIAL
Reservado
66
SA
Res.
66
1503.